APPARATUS AD MEDITATIONES UITAE D.N. IESU CHRISTI RI. EXERCITIJS S.P...


Giovanni Battista Cecotti

Digitized by Google

m 26
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
10 A
1
V E 107
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Dom. Prob. S. Andr. X

D.PROB.ROM.S.J.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

MVTIVS VITELLESCVS
Societatis IESV Præpoſitus Generalis.

CVm Vitæ D. N. Ieſu Chriſti Myſteria ad Meditationis opportunitatem in quatuor tempora diſtributa, &c. P. Ioannis Baptiſtæ Ceccotti Societatis noſtræ Tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, ac in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt Typis mandentur, ſi ita Reuerendiſs. D. Viceſgerenti, & Reuerendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatij viſum fuerit: in quorum fidem has litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & Sigillo noſtro munitas dedimus Romæ 12. Septembris. 1630.

Mutius Vitelleſcus.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. S. Pal.
Ant. Epiſc. Bellic. Viceſg.

EX Commiſsione Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Riccardi S. P. Apoſtolici Mag. Legi Meditationes R. P. Ioann. Baptiſtæ Ceccotti Societ. IESV; in quibus nihil reperi non conſentiens Fidei Orthodoxæ, boniſq; moribus. Eas iudico dignas, quæ in publicam vtilitatem Typis mandentur. In cuius rei Fidem hæc ſcripſi, ac ſubſcripſi, 13. Octobris 1630. in Collegio Rom.

Antonius Iordinus.

Imprimatur.
Fr. Nicol. Riccardus Sac. Palatij Apoſt. Magiſter.

Digitized by Google

APPARATVS AD MEDITATIONES VITAE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

ADMONITIO.

VSVM meditandi maximum eſſe voluit in Societate Noſtra S.P. Ignatius; quia optimè intelligebat, ex eo maximè pendere noſtram viuendi rationem, eumq; propoſiti Finis conſequendi certiſſimam eſſe, ac præcipuam viam. Verum, vt alia, ita Meditationis exercitatio, vt fructuoſa ſit, temere fieri non debet. At noſtra Inſtitutio cum ex quatuor quodam modo Præceptoribus pendeat vniuerſa, CHRISTO Domino, Sanctorum Exemplis, Sancta Eccleſia, Ipſoq; Duce, & Parente noſtro S. Ignatio, & ea in Sacro Euangelio maximè contineatur, libello Exercitiorum, Regulisq; Societatis, in his etiam verſari debere omnis noſtra commentatio videbatur. Quare noſtrum conſilium hoc fuit, vt excogitaremus viam, qua hæc omnia coniungerentur, vt ſimul omnes illos Magiſtros quàm conuenientiſſimè ſectaremur, nec vlla eſſet in Meditationum curſu perturbatio. Ex Chriſti ergo præcipuè Qui

vnus Magiſter eſt; & quoniam in Sanctis Ipſius Chriſti expreſſa eſt Imago, etiam ex Sanctorum vita meditandi materiam ſumpſimus, & vitæ Domini Myſteria in ſingulos Anni totius dies diſtribuimus; ita tamen, vt Sanctorum paulo celebriorum feſtis diebus eorum vitæ conſiderationem nolimus omitti. Atque in diſtributione Myſteriorum quatuor tempora diſtinximus ſequuti ritum Eccleſiæ, vt ipſa parente noſtra gaudente, vel mærente læta, vel triſtia agitaremus. Formulam vero meditandi, quia optimam, & nobis accommodatiſſimam reliquit à Sancto Spiritu acceptam S. Pater; libellum Exercitiorum ita partiti ſumus, vt ſingulis annis lectione, & Meditatione, quæ in eo continentur, omnia ſuo quæque tempore percurrãtur, adiectis paucis quibuſdam capitibus, quibus ad vtilius ipſam Chriſti vitam contemplandã nos comparare poſſemus, & rerũ à Sanctis geſtarum cõſiderationẽ ad Chriſtũ referre. Verum quia ad actionem noſtræ Societatis Meditatio reuocari debet; vt planius perſpiceremus alicuius virtutis, aut ſpiritualis dogmatis naturã, & ad ea ſectanda ferremur ardentius, ſingulis Hebdomadis vnum tribuimus huiuſmodi conſiderationi diem, quam cõſiderationem Fructum placuit appellare. Et hoc ipſum facilius vt fieret, noſtroq; Inſtituto congruentius, certa quædam capita adiecimus, ad quæ Conſtitutiones, ac Regulæ Societatis referri poſſent, & omnia, quæ inter meditandum ſpectare debemus, vt veluti fructus eliciantur. Et tandem, quia Meditationi lectio pabulum ſubminiſtrat, lectionis ma-

:x Sacro Euangelio, libro Exercitiorum, gulis N. Societatis deſumpta in ſua item ora diſtributa eſt. Hæc ergo fuit noſtri con- umma ad Dei laudem, noſtrumq; maio- & faciliorem in Spiritu progreſſum.

ergo ardentius, & fructuoſius aggrediamur hriſti Domini contemplationem, Hebdo- duæ, quæ proximè Aduentum præcedunt gando, & præparando animo tribuentur ea ne, quæ ſtatim ſubijcitur. Quo etiam tem- legentur Regulæ Societatis, ex libello Exer. um prima Hebdomada, & Regulæ priores ſcernendis Spiritibus ad modum infra poſi- n lectionis ordine, lectione Euangelij tan- omiſſa.

ominica prioris hebdomadæ, cui reſpondet a S. P. Ignatij, fiat meditatio fundamenti ro Inſtituto accommodata.

ria II. & III. De peccatis in ſæculo admiſſis ilem contritionis renouationem, & alios plices fructus, ſecundum Primum, & Secun- Exercitium S. P. Ignatij.

ria IV. & V. de Peccatis admiſſis in Reli- :, de Tepiditate, & ingrati animi vitio, adie. ribus Colloquijs ex tertio, & quarto Exer-

:ria VI. & Sabbato de peccatorum pœnis ıdum quintum Exercitium, pœnisq; item, us tepidi, & ingrati mulctantur.

ominica poſterioris hebdomadæ, quæ erit vl- poſt Pentecoſtes, de Diuinæ Gratiæ Præ- :ia.

Digitized by Google

Feria II. de progreſſu in Virtutibus, & animi puritate perpetuo augenda, quam ad rem quæretur medium, & via, & eius aptitudine, & efficacia conſiderata, velut accommodatiſſimum, & opportuniſſimum eligetur examen quotidianum.

Feria III. De tollendis peccatorum cauſſis, eorumq; radicibus extirpandis, adiecta item electione medij, quod erit examen particulare, & redactis in Catalogum proprijs vel affectionibus malis, vel impedimentis, ad quæ tollenda proximo ſemeſtri incumbendum erit, ipſomet examine particulari ad ſingula adhibito.

Feria IV. De Recta Animi compoſitione, ſeu Reformatione in rebus ſpiritualibus, vt Oratione, &c. aſſumpto medio, quod erit, accurata obſeruatio eius rationis, ac Regulæ, quam S. P. Ignatius tradit in libello Exercitiorum.

Feria V. De Reformatione in rebus externis, vt recreatione, &c. & in officio proprio, in quo medium erit, vt ad Noſtri Inſtituti finem, & Regularum tum communium, tum propriarum (ſi ſint) præſcriptum, & normam omnia reuocentur.

Feria VI. Quomodo habendum corpus, & affligendum ſecundum decimam Additionem primæ hebdomadæ.

Sabbato Contemplatio Regni Ieſu Chriſti ex libello Exercitiorum.

ORDO

ORDO IN LECTIONE AC MYSTERIORVM DISTRIBVTIONE SERVANDVS.

Lectionis Ratio omnibus temporibus Communis.

SIngulis diebus quarta ſaltem pars horæ lectioni impendatur hoc ordine. Dominica, Feria II. & III. lectis ex Euangelio diligenter ijs, quæ ad myſterium, quod eſt in manibus, pertinet; legentur quæ ſpectant ad eiuſdem temporis Myſteria iam decurſa ab initio vſque ad præſentem diem, eo ordine, vt inde repetita lectio, vbi fuerat intermiſſa, omnia percurrat; iterumq; percurſis omnibus ab initio repetatur.

Feria IV. & V. Summarium Conſtitutionum, & Regulæ communes eodem ordine, quo Euangelium, legentur.

Feria VI. & Sabbato ex Libro Exercitiorum legentur ea, quæ faciunt ad præſentis temporis Meditationes, & omnia de Electione præter ea, quæ ſingulis temporibus attribuentur.

Digitized by Google

RATIO PRIMI TEMPORIS.

Legenda ex Libro Exercitiorum.

HEbdomada ſecunda vſque ad Meditationẽ De duobus Vexillis, ipſa excluſa, & præcipuo ſtudio, Formulæ Meditandi de Incarnatione, & Natiuitate, vnde ratio Meditandi huius temporis Myſteria peti debet. Secundo Additiones propriæ ſecundæ Hebdomadæ. Tertio Regulæ de diſcernendis ſpiritibus poſteriores, quæ ad ſecundam Hebdomadam pertinent.

Diſtributio Myſteriorum Pueritia ab Aduentu vſque ad Septuageſimam.

DOminica prima Aduentus, & Feria II. fiet Meditatio primi Myſterij, quod erit VERBVM DEI ÆTERNVM, VITA, ET LVX CARO FACTVM. *Ioan. cap.* 1. hac ratione: Toto Myſterio bifariam diuiſo, in vtraque parte diſtinguantur ſua capita, ſeu puncta ferme tria, tum priori die capita prioris partis conſiderentur, poſteriori vero capita poſterioris. Quod ipſum faciendum eſt ſemper vbicumque vnicum Myſterium pluribus diebus aſſignatur, ita, vt quot ſunt dies in totidem partes Myſterium ſecetur, quarum ſingulę in ſua rurſus capita diſtinctæ modo explicato pertractentur.

Feria III. & IV. ſecundum Myſterium duas in partes diſtributum ad modum explicatum, quod eſt

eſt Ioannis Baptiſtæ promiſſio, & Conceptus. *Luc.* 1.

Feria V. Repetitio Myſterij vtriuſque.

Feria VI. Iterum vtrumque Myſterium repetetur totum.

Sabbato Conſideratio fructus.

DE FRVCTV.

FRuctus nomine intelligitur præcipua aliqua Virtus ſelecta ex iȷs, quæ ſe in Hebdomadæ præſentis Meditationibus obtulerint, qua de virtute habenda eſt meditatio ſeparatim, & accuratius hæc quinque capita expendentur. Primò, cõſideretur, quæ ſit natura eius virtutis, & quibus in actionibus verſetur. Secundò, quæ ſit praxis, & exercitatio eiuſdẽ noſtro Inſtituto accommodata, inſpectis, & expenſis Regulis, in quibus de ea ſit mentio. Tertiò, adhibeatur examen, quonam modo in ea virtute nos geramus. Quartò, quærantur incitamenta, quæ moueant nos, & ſtimulent ad eam enixius amplectendam. Quintò, inueſtigentur modi, viæq; noſtro Inſtituto cõgruentes, quibus eam conſequi poſſimus. Quod ſi quando dubium ſit, quatenus aliquid amplectendum, vel exercendum ſit ad virtutis mediocritatem pro ratione tum Inſtituti Societatis, tũ ſtatus vniuſcuiuſque inueſtigandam; & plenius cognoſcendam Dei voluntatem, adhibeantur modi electionis ex libello Exercitiorum.

Dominica II. Aduentus, & Feria II. ac III. Tertium Myſterium, ideſt, Conceptio Chriſti. *Luc.* 1.

Feria

Feria I V. & V. Eiuſdem totius repetitio duplex.

Feria VI. Applicatio ſenſuum.

Sabbato Conſideratio fructus.

Dominica III. Aduentus, & Feria II. Quartum Myſterium bipartitum, ideſt, Viſitatio B. Virginis. *Luc.* 1. cuius pars poſterior Feria II. tranſigenda erit. Canticum B. V. Magnificat &c. ex ſecundo orandi modo à S. P. Ignatio tradito ruminandum.

Feria III. & IV. Quintum Myſterium, ideſt, ortus Ioannis Baptiſtæ. *Luc.* 1. in cuius item poſteriori parte ex eodem ſecundo modo expendetur Canticum Zachariæ, Benedictus &c.

Feria V. & VI. Vtrumq; bis repetetur.

Sabbato, Conſideratio fructus.

Dominica IV. Aduentus, ſi Dies Natalis Domini vno tantùm die abſit, fiet Meditatio ſexti Myſterij, quod eſt Genealogiæ Chriſti hiſtoria, & reuelatio Diuini Conceptus B. Virginis Ioſepho. *Matth.* 1.

Si duobus, aut tribus, addetur repetitio, & conſideratio fructus.

Si eo amplius, in ſuperiorum Myſteriorum repetitione erit immorandum.

Die Natalis Domini, Septimum Myſterium, eiuſdem ortus. *Luc.* 1 1.

Die proxima Octauum, Reuelatio facta Paſtoribus. *Luc.* 2.

Die III. prior repetitio vtriuſque.

Die IV. poſterior item repetitio vtriuſque.

Die V. Applicatio ſenſuum ad vtrumque.

Die

Die VI. Fructus Conſideratio.

Die VII. Eiuſdem Fructus repetitio.

Die Circumciſionis Domini Nonum Myſterium, ideſt, Eiuſdem Circumciſio. *Luc.* 2.

Altera poſt Circumciſionē die Nomē IESVS.

Die III. Repetitio IV. Applicatio Senſuum. V. Fructus.

Die Epiphaniæ Eiuſdem Diei Myſterium, quod eſt Decimum, cum Stella Duce inuentus à Magis Dominus adoratur *Matth.* 2. Quod pro numero dierum, qui vſque ad proximam Dominicam intercedent, plures, vel pauciores in partes diſtribuetur, adiectis, ſi tempus patietur, repetitionibus, officijs ſenſuum, conſideratione fructus.

Dominica I. poſt Epiphaniam Vndecimum Myſterium, in quo Chriſtus Puer ſiſtitur Domino; à Simeone, & Anna agnoſcitur. *Luc.* 2.

Feria II. Duodecimum Myſterium, in quo fugit in Ægyptum, & inde reuocatur. *Matth.* 2.

Feria III. Decimumtertium Myſterium. Inuenitur in Templo inter Doctores, Eiuſdemq; Vita ab anno ætatis duodecimo vſque ad trigeſimum. *Luc.* 2.

Feria IV. & V. bis omnia repetentur.

Feria VI. Applicatio ſenſuum.

Sabbato Conſideratio fructus.

Dominica II. poſt Epiphaniam, niſi eam Septuageſima proximè excipiat, ſed vna Hebdomada, vel amplius ſuperſit, ex occaſione Seceſſus Chriſti in Templum, Patre adſcititio, & naturali Matre derelictis, opportunum erit aliquot dies in con-

in Conſideratione Status Religioſi collócare, vt in eo nos emendemur, ſeu reformemur ſecundum traditum à S.P. Ignatio modum in Exercitijs poſt Regulas bonæ Electionis.

Dominica igitur conſiderabimus, quid ſit Religio, ſeu Status Religioſus in vniuerſum, quæ eius præſtantia, quantum ſit Dei beneficium ad eum ſtatum vocari.

Feria II. Meditatio erit de Fine Religionis, qui nihil aliud eſt, quam Dei Perfectus Amor.

Feria III. De medijs, Vijsq; quibus ad eum Finem conſequendum vtitur Religio, quæ ſunt præcipuè Tria Vota.

Feria IV. De Noſtræ Societatis Inſtituto priuatim, ideſt, de eius perfectione, præſtantia, &c.

Feria V. De cooperatione, & ſtudio, quo conandum ſingulis eſt, vt ſuo Inſtituto, & Diuinæ Gratiæ reſpondeant.

Reliquis diebus, qui vſque ad Septuageſimam ſuperſunt, fiet ſummatim omnium Myſteriorum Pueritiæ breuis repetitio, ita Myſterijs diſtributis, vt omnia retractentur.

RATIO SECVNDI TEMPORIS.

Legenda ex Libro Exercitiorum.

PRimò, Tertia Hebdomada.

Secundò, Tres Gradus Humilitatis, ſed præcipuè aduertendum eſt Exemplar Contemplationis Cœnæ, & Tertium Notandum, vnde Ratio meditandi Paſſionem deſumitur.

Diſtri-

Diſtributio Myſteriorum ſecundi Temporis, ideſt Paſſionis, à Septuageſima vſque ad Paſcha.

DOminica Septuageſimæ primum Myſteriũ, quod eſt Conſilium Sacerdotum de occidendo, & Tractatio Iudæ de prodendo Chriſto. *Matth.*26. *Marc.*14. *Luc.*22.

Feria II. Secundum Myſterium, ideſt, Eſus Agni Paſchalis cum Diſcipulis. *Matth.* 26. *Marc.*14. *Luc.* 22.

Feria III. Repetitio vtriuſque Myſterij.

Feria IV. Tertium Myſterium, quod eſt Ablutio pedum Apoſtolorum. *Ioan.*13.

Feria V. Quartum Myſterium, quod eſt Inſtitutio Sacroſanctæ EVCHARISTIÆ *Matth.*26. *Marc.*14. *Luc.*22.

Feria VI. Repetitio vtriuſque.

Sabbato, Conſideratio Fructus.

Dominica Sexageſimæ, Quintum Myſterium, quod eſt Notatio Iudæ Proditoris, eiuſq; egreſſus è Cœna *Matth.*26. *Marc.*14. *Luc.*22. *Ioan.*13.

Feria. II. Sextum, in quo Chriſtus Dominus ſedat contentionem Diſcipulorum de Primatu; eorumq; diſſipationem, & fugam, Petri negationem, & ſe in Galilæa videndũ prædicit. *Matth.*26 *Marc.*14. *Luc.*22. *Ioann.* 13.

Feria III. Repetitio vtriuſque.

Feria IV. Septimum Myſterium, ideſt, prima pars Sermonis à Cœna. *Ioann.*14.

Feria V. Octauum, Eiuſdem pars altera. *Io.*15.

Feria VI. Repetitio vtriuſque.

Digitized by Google

Sabbato Conſideratio Fructus.

Dominica Quinquageſimæ, & Feria II. Nonum Myſterium, ideſt, pars vltima Sermonis à Cœna. *Ioan.* 16. duas in partes diuiſum modo explicato in primo tempore.

Feria III. Repetitio vtriuſque partis Myſterij.

Feria IV. Decimum Myſterium, ideſt, Preces Chriſti ad Patrem pro ſe, Diſcipulis, & omnibus in ipſum credituris. *Ioan.* 17.

Feria V. Repetetur idem Myſterium.

Feria VI. Applicatio ſenſuum ad omnia ſupradicta tanquam ad vnum Cœnæ Myſterium.

Sabbato Conſideratio Fructus.

Dominica I. Quadrageſimæ. Prima pars Vndecimi Myſterij, ideſt, geſtorũ in Horto *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. *Ioann.* 18. In qua parte conſideratur tædium, pauor, ſudor ſanguinis, Angelus confortans, &c.

Feria II, Secunda pars Myſterij, ideſt, Oratio Domini.

Feria III. Tertia pars Myſterij, ideſt, Oſculum Iudæ.

Feria IV. Quarta pars Myſterij, ideſt, Comprehenſio Domini.

Feria V. Repetitio Totius.

Feria VI. Applicatio ſenſuum.

Sabbato, Conſideratio Fructus.

Dominica II. Quadrageſimæ, Pars prima Duodecimi Myſterij, ideſt, Examen primum Caiphæ, alapa, iniuriæ. *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. *Ioann.* 18.

Feria II. & III. & IV. tres reliquæ partes, ideſt, negatio

negatio Petri, alterũ matutinum Examen, Mors Iudæ, ſuo quæq; die *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. *Ioann.* 18.

Feria V. Repetitio totius, vt ſupra.

Feria VI. & Sabbato ſenſuum Vſus, & Fructus.

Dominica III. Quadrageſimæ. Pars Prima Decimitertij Myſterij, ideſt, Accuſatio apud Pilatum. *Matth.* 27. *Marc.* 15. *Luc.* 23. *Ioan.* 18.

Feria II. & III. & IV. Examen Pilati, profectio Domini ad Herodem, Reditus ab Herode ad Pilatum. Ibidem.

Feria V. & VI. ac Sabbato, vt in Hebdomadis ſuperioribus.

Dominica IV. Quadrageſimæ. Feria II. & III. & IV. Myſterij Decimiquarti partes quatuor; Barabbas, Flagellatio, Coronatio, Sententia, ſingulæ ſingulis diebus apud *Matth.* 27. *Marc.* 15. *Luc.* 23. *Ioan.* 18. 19. Reliquis diebus, vt ſupra.

Dominica V. Quadrageſimæ, & tribus proximis diebus, Myſterij Decimiquinti quatuor partes; Crucis deportatio, Crucifixio, Septem Verba; Mors, & Prodigia. *Matt.* 27. *Marc.* 15. *Luc.* 23. *Ioann.* 19. Reliquis diebus, vt ſupra.

Dominica Palmarum. Eiuſdem diei Myſteriũ. *Matth.* 21. *Marc.* 11. *Luc.* 19. *Ioann.* 12. In quo perpendendum eſt, quam Dignus illo, & quouis honore, & ſummo Imperio CHRISTVS eſſet, & propter Perſonæ Dignitatem, & propter Beneficia in humanum genus collata. Quinque ſequentibus diebus Sanctæ Hebdomadæ, quinque Myſteria proxima per Quadrageſimam conſiderata reuoluentur diebus ſingulis ſingula. Qua in

re illud

re illud animaduertendum eſt, vt quinque diuerſos actus illis reſpondentes, qui fiunt à Chriſto, ſuo quemque die exerceamus. Primò, vt ſicut ſe pro nobis Æterno Parenti Chriſtus Dominus offert in horto paratiſſimus quoſuis adire cruciatus: ita ipſi nos, & noſtra omnia Diuinæ voluntati liberaliter, & alacriter offeramus.

Secundò. Quemadmodum idem Dominus, cũ ad occurſum Iudæ capiendum ſe tradit, Inimicis ſeipſum donat: ita nobis ipſis perfectè renunciando Nos, Libertatemq; noſtram penitus illi tradamus, vt totos Ipſe poſſideat, ſuoq; arbitratu fingat, conformet, moderetur,

Tertiò. Quemadmodum Dominus iam diris, & nouis excruciatus ſupplicijs, ſaturatus opprobrijs, cum producitur à Pilato ad populum, dedicat ſe ipſiſmet Pilati verbis, ECCE HOMO: ita nos poſt oblationem, ac donationem penitus dedicemus illi nos ipſos, & conſecremus, ſublatis noſtræ poſſeſſionis inſignibus, & indicijs; quemadmodum, cum quis Domum, aut quid aliud alicui dedicat, affigit inſignia noui Domini, tollit ſua.

Quartò. in Caluariæ tandem Monte dum Cruci affigitur, ſicut Æterno Patri ſe pro nobis Sacrificium offert Benigniſſimus Dominus; ita nos ipſi nos in ſacrificium offeramus, parati omni carere voluptate, & conſolatione tam corporis, quàm Animæ, & duriſſima quæuis, ipſamq; mortem perpeti, memores occidi ſolitas olim pecudes, quæ ſacrificabantur.

Quintò. Sicut Christus Dominus in Crucem

ſublatus

ſublatus acerbiſsimis cruciatibus cum ardentiſſimo amore certantibus ſe ipſum holocauſtum absolutiſſimum effecit, cum dixit: CONSVMMATVM EST: ita nos Diuinam ſolam Gloriam ſyncere quærendo, holocauſtum perfectum nos ipſos præbeamus.

Sabbato Sancto. Decimumſextum Myſterium, in quo conſiderabitur LATERIS Transfixio, Sepultura, Cuſtodes, &c. Beatiſſimæ Parentis ſolitudo, eiuſdemq; ac Diſcipulorum afflictio, & mœror. *Matth.* 27. *Marc.* 15. *Luc.* 23. *Ioan.* 19.

RATIO TERTII TEMPORIS.

Legenda ex Libro Exercitiorum.

PRimò Hebdomada quarta, & præcipuè formula primæ contemplationis, vnde ſumenda eſt ratio hæc Myſteria meditandi.

Secundò. Notanda quatuor.

Tertiò. Regulæ temperandi victus.

Diſtributio Myſteriorum Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, à Paſchate vſque ad Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis.

DOminica PASCHATIS Feria II. & III. Myſterij primi tres partes; in prima CHRISTVS reſurgit, & apparet B. Virgini: in ſecunda apparent Angeli Mulieribus, Illæ nunciant Apoſtolis, Petrus, & Ioannes currunt ad Monumentum: In tertia apparet primò Dominus Magda-

lenæ ſoli, deinde vna cum alijs Mulieribus in itinere. *Matth.* 28. *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Ioan.* 20.

Feria IV. Repetitio totius Myſterij.

Feria V. Applicatio ſenſuum.

Feria VI. Fructus conſideratio.

Sabbato Fructus repetitio.

Dominica prima poſt Paſcha Applicatio primi Myſterij ad Communionem. Hæc applicatio ſic fieri poteſt. Cum in Sacroſancta Communione quatuor præcipuè ſint obſeruanda. Primò Conſideranda eius dignitas, quem ſuſcipimus, & vilitas noſtra. Secundò, conſideranda cauſſa, quare ad nos Dominus veniat, nempe vt ſua nobiſcum ampliſſima dona communicet. Tertiò, ad excipienda illa dona, quæ pręparatio adhibenda ſit; ac Poſtremo gratus animus ſignificandus.

Hæc omnia elici debent ex illo Myſterio, quod eſt in manibus.

Nam Primò nullum eſt, ex quo non appareat Potentia, Sapientia, Virtus, aut aliqua perfectio admirabilis CHRISTI, aut aliqua noſtra calamitas, infirmitas, egeſtas, quæ ſatis etiam poſſent intelligi ex comparatione noſtri cum Ipſo Saluatore.

Secundò Cum Chriſtus Dominus terras pertranſiret benefaciens, nullum erit Myſterium, in quo non aliquod beneficium in aliquem conferat, ſeu morbos curet, ſeu Dæmones pellat, ſeu doceat, ſeu oret: at in Sacra Communione non ſua ſolum, ſed etiam Se ipſum donat.

Tertiò, licebit etiam animaduertere in quolibet Myſterio aliquam ipſum ad ſua dona lar-

gienda

gienda præparationem requirere in iJs, quibus benigne facturus eſt. Quare maximum collaturus donum, non mediocrem poſtulabit.

Poſtremò facile eſt ex omnibus aliquid excipere, quod pertineat ad gratum animum, vel ingratorum vituperationem, ex quo intelligamus, quanto à nobis maior actio gratiarum, & memoria beneficij requiratur. Atque hic modus non ſolum vtilis, ſed etiam propter noua Myſteria ſemper erit varietate iucundus.

Feria II. & III. Myſterium Secundum, cum Dominus apparet Diſcipulis euntibus in Emmaus. *Luc.* 24. *Marc.* 16.

Feria IV. & V. Repetitio, & applicatio ſenſuum.

Feria VI. & Sabbato. Fructus, vt in ſuperiori Hebdomada.

Dominica II. Applicatio Secundi Myſterij ad Communionem.

Feria II. Tertium Myſterium, cum Dominus oſtendit ſe primò Diſcipulis congregatis abſente Thoma *Luc.* 24. *Ioann.* 20.

Feria III. Quartum Myſterium, cum ſe iterum congregatis Diſcipulis videndum præbet, Thomamq; in fide confirmat. *Ioann.* 20.

Feria IV. & V. Repetitio vtriuſque.

Feria VI. Applicatio ſenſuum.

Sabbato. Conſideratio Fructus.

Dominica III. Applicatio ad Communionem.

Feria II. & III. Quintum Myſterium, cum Dominus apparet Diſcipulis ad Mare Tyberiadis. *Ioann.* 21.

Feria IV. Repetitio.

Feria V. Applicatio ſenſuum.

Feria VI. & Sabbato Fructus.

Dominica IV. vt proxima, Applicatio ad Communionem.

Feria II. & III. Sextum Myſterium, cum apparet in Monte Galilææ, *Matth.* 28.

Reliquis diebus, vt Hebdomada Superiori.

Dominica V. Septimum Myſterium, cum vltimo apparet Diſcipulis recumbentibus, & SPIRITVM SANCTVM promittit *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Act.* 1.

Feria II. & III. & IV. Repetitio, Applicatio ſenſuum, Fructus.

Feria V. ideſt, Die ASCENSIONIS Domini; eiuſdem diei Myſterium. *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Act.* 1.

Feria VI. & Sabbato Contemplatio ad excitandum Amorem ſpiritualem ex Libello Exercitiorum.

AD renouandam alacritatem, ſimulq; præparandum noua cultura Animum, quo facilius excipiat doctrinæ Chriſti ſemina, expedire viſum eſt hic etiam eas Meditationes Inſerere, quæ iuuare ad hoc plurimum poſſunt, vt fecimus primo tempore.

Dominica igitur infra Octauam Aſcenſionis fiet Meditatio Fundamenti eo modo, quo ibi dictum eſt, ideſt, vt ad noſtrum Inſtitutum accommodetur; quo tempore legetur prima Hebdomada S.P. Ignatij, & Regulæ priores de diſcernendis Spiritibus.

Feria

Feria II. & III. expendentur peccata in ſæculo commiſſa ad vtilem contritionis renouationem, atque alios multiplices fructus, ſecundum Primum, & Secundum Exercitium Hebdomadæ primæ. S. P. Ignatij.

Feria IV. & V. Expendentur peccata in Religione commiſſa, Tepiditas, & ingrati animi vitium, adhibito Examine diligenti, & collatis inter ſe temporibus, inſpiciendo, quæ nam vitæ maior emendatio, & qui maior progreſſus in ſpiritu fuerit hoc, quàm ſuperiore ſemeſtri. Accedent tria Colloquia ex Tertio, & Quarto Exercitio.

Feria VI. & Sabbato. Pœnæ, quæ peccatis reſpondent, earumq; etiam grauitas, quæ veniales noxas, & tepidos, & ingratos ſequuntur.

Dominica PENTECOSTES, & Feria II. Ipſum Pentecoſtes Myſterium. *Act*. 2.

Feria III. De Diuinæ Gratiæ Excellentia.

Feria IV. & V. De Duobus Vexillis ex Libro Exercitiorum.

Feria VI. De tribus Hominum Claſſibus ex Libro Exercitiorum.

Sabbato De Tribus Gradibus Humilitatis Ibidem.

RATIO QVARTI TEMPORIS.

Legenda ex Libro Exercitiorum.

PRimò Reliquum Secundæ Hebdomadæ à duobus Vexillis.

Secundò, Regulæ de diſcernendis Spiritibus poſteriores.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Tertiò, Adnotationes viginti.

Quartò, Tres Orandi Modi.

Quintò, Regulæ de diſtribuendis Eleemoſynis.

Sextò, de Scrupulis.

Septimò, Regulæ ad rectè ſentiendum cum Eccleſia.

Diſtributio Myſteriorum Vitæ, ac Doctrinæ Domini, à Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis ad Aduentum.

DOminica Sanctiſſimæ TRINITATIS, Ipſum eiuſdem Diei Myſterium, meditando Symbolum Apoſtolorum ex ſecundo orandi modo S. P. Ignatij.

Feria II. Primum Myſterium Doctrinæ, ideſt, Prædicatio, & Baptiſmus Ioannis. *Matt.3. Mar.1. Luc. 3.*

Feria III. De Progreſſu in Virtutibus, & Animi puritate, quæſito ad hanc rem medio, quod, vt alibi dictum eſt, aptiſſimum erit Examen quotidianum.

Feria IV. De tollendis peccatorum cauſſis, & eorum radicibus extirpandis; redactis, vt dictum eſt in apparatu, in Catalogum proprijs vel affectionibus malis, vel impedimentis, &c. ad quæ tollenda proximo ſemeſtri incumbendum erit, adhibito ad ſingula Examine particulari.

Feria V. Qui Dies Sanctiſſimo CHRISTI CORPORI Sacer eſt, eiuſdem diei Myſterium.

Feria VI. De corporis afflictatione ſecundum decimam Additionem Primæ Hebdomadæ.

Sabbato

Digitized by Google

Sabbato. De Reformatione rerum externarũ, vt Recreationis, Conuerſationis, officij proprij, &c. in quo medium erit, vt omnia ad Inſtituti noſtri Finem, & Regularum tum propriarum, tum Communium normam dirigantur.

Dominica II. poſt Pentecoſtem. De reformatione in Rebus Spiritualibus, vt Oratione, Miſſa, Sacramentorum vſu, &c. Quod facile fiet, ſi traditum nobis in Libello Exercitiorum à S. P. Ignatio modum ſeruemus, ac proinde eiuſmodi integra obſeruatio velut medium eligetur.

Feria II. Myſteriũ ſecundũ, ſcilicet Baptiſmus Chriſti, eiuſq; Genealogia. *Matt.* 3. *Mar.* 1. *Luc.* 3.

Feria III. Tertium Myſterium Ieiunium, & Tentatio. *Matth.* 4. *Marc.* 1. *Luc.* 4.

Feria IV. & V. Vtriuſque duplex Repetitio.

Feria VI. & Sabbato Applicatio ſenſuum, & Fructus.

Dominica III. poſt Pentecoſtem Myſterium quartum, ideſt, Teſtificatio Ioannis de Chriſto. *Ioann.* 1.

Feria II. Myſterium quintum, cum demonſtratus à Ioanne Chriſtus, à primis quinque Diſcipulis agnoſcitur. *Ioan.* 1.

Atquè hic etiam vocatio nos Apoſtolorum inuitat, ſicut alibi fecimus ex occaſione Chriſti receſſus in Templum, vt conſiderationi Vocationis noſtræ dies aliquot tribuamus. Quare

Feria III. conſiderabimus quid ſit Religio, ſeu Status Religioſus generatim; quanta eius nobilitas, quantum in eos, quos ad hunc ſtatum vocat, Deus conferat beneficium.

Feria IV. Quis ſit Religionis Finis, qui nihil ſcilicet aliud eſt, quàm Dei perfectus Amor.

Feria V. Quas vias, quæ media ad eum Finem conſequendum habeat Religio, quæ præcipuè ſunt Tria Vota.

Feria VI. Priuatim conſiderabimus Noſtræ Societatis Inſtitutum, quanta eius perfectio, præſtantia, &c.

Sabbato. Quanto ſtudio cooperari, & Diuinæ Gratiæ reſpondere debeamus.

Hactenus propoſita Myſteria, modo explicato, ſingulis annis omnia abſoluuntur: at quæ ſequuntur cum vna æſtate commodè abſolui nō poſſint, diuiduntur duas in partes, ita vt prior Pars LIV. Myſteria contineat in Octodecim hebdomadas diſtributa; poſterior autem reliqua: & illa priori anno, hæc poſteriori eodem modo trāſigentur.

Quoniam vero eadem erit ratio ſeruanda in reliquis omnibus huius quarti temporis hebdomadis, ſatis erit explicatè vnius proponere exēplar, reliqua tantummodo Myſteria indicare.

Hebdomadæ quartæ poſt Pentecoſtes Dominica Myſterium ſextum, Conuerſio aquæ in vinum. *Ioann.* 2.

Feria II. Myſterium ſeptimum. Eiectio de Templo vendentium ibi, & ementium. *Ioann.* 2.

Feria III. Myſterium octauum; Colloquium cum Nicodemo. *Ioann.* 3.

Feria IV. Prior omnium repetitio.

Feria V. Poſterior item omnium repetitio.

Feria VI. Applicatio ſenſuum ad omnia.

Sabbato, Fructus conſideratio.

Hebdo-

bdomada quinta. Myſterium nonum, deci-
& vndecimum, vt ſupra. Dominus bapti-
:r Diſcipulos ſuos in Iudæa. *Ioann.* 3.
ınnes Baptiſta includitur in carcerem.
h. 14. *Marc.* 6. *Luc.* 3.
riſtus Mulieri Samaritanę ſe indicat. *Ioan.* 4.
bdomada ſexta. Myſterium duodecimum:
ditur in Galilæam, prædicat pœnitentiam,
ıma diffunditur. *Matth.* 4. *Marc.* 1. *Luc.* 4.
ı. 4.
ſterium XIII. Sanat Filium Reguli. *Ioan.* 4.
ſterium XIV. Vocat è naui quatuor Diſci.
, Illi ſequuntur. *Matth.* 4. *Marc.* 1. *Luc.* 5.
bdomada ſeptima. Myſterium XV. Sanat in
oga Dæmoniacum. *Marc.* 1. *Luc.* 4.
ſterium XVI. Socrus Simonis, & ægroti
ſanantur. *Matth.* 8. *Marc.* 1. *Luc.* 4.
ſterium XVII. Reprehenduntur Tres, qui
ene ſequi Chriſtũ volebant. *Matt.* 8. *Luc.* 9.
ɔdomada octaua. Myſterium XVIII. Seda-
ıris tempeſtas. *Matth.* 8. *Marc.* 4. *Luc.* 8.
ſterium XIX. Sanatis duobus Dæmoniacis,
nes in porcos ingreſſi præcipitantur in
Matth. 8. *Marc.* 5. *Luc.* 8.
ſterium XX. Sanatur Paralyticus per tegu-
miſſus. *Matth.* 9. *Marc.* 11. *Luc.* 5.
ɔdomada nona. Myſterium XXI. Vocatur
ıæus, & de Ieiunio diſputatur cũ Diſcipulis
is, & Phariſæorũ. *Matt.* 9. *Marc.* 11. *Luc.* 5.
ſterium XXII. Curatur Hæmorrhoiſſa, &
ırchiſynagogi excitatur à morte. *Matth.* 9.
. 5. *Luc.* 8.

Myſte-

Myſteriũ XXIII. Duobus Cæcis viſus reſtituitur, & dæmonium mutum expellitur. *Matth. 9.*

Hebdomada decima. Myſterium XXIV. Sanato in Sabbato homine, qui triginta octo annos laborauerat, diſputatur cum Iudæis. *Ioann. 5.*

Myſterium XXV. Phariſæi ob confricatas à Diſcipulis in ſabbato ſpicas offenſi confutantur. *Matth. 12. Marc. 11. Luc. 6.*

Myſterium XXVI. Rurſus confutantur Phariſæi ob ſanatam manum aridam offenſi. *Matt. 12. Marc. 3. Luc. 6.*

Hebdomada vndecima. Myſterium XXVII. Delectis duodecim Apoſtolis, exponitur quibus nam in rebus ſita ſit Beatitudo. *Matt. 5. Marc. 3. Luc. 6.*

Myſterium XXVIII. Abundantior, quàm Phariſæorum, Iuſtitia præcipitur. *Matth. 5. Luc. 6.*

Myſterium XXIX. Qui modus in Eleemoſyna, Oratione, & Ieiunio ſeruandus. *Matth. 6.*

Hebdomada duodecima. Myſterium XXX. Solicitudinem rerum caducarũ abijciendã. *Matt. 6.*

Myſterium XXXI. Nec iudicãdum temere, nec docendum. Orationi inſiſtendum. Vitandi Pſeudoprophetę. Verę doctrinę adhęrendum. *Matt. 7. Luc. 6.*

Myſterium XXXII. Mundatur leproſus. *Matth. 8. Marc. 1. Luc. 6.*

Hebdomada decimatertia. Myſteriũ XXXIII. Seruus Centurionis ſanatur. *Matt. 8. Luc. 7.*

Myſterium XXXIV. Viduæ filius excitatur à morte. *Luc. 7.*

Myſterium XXXV. Ioannes vinctus Diſcipulos

Digitized by Google

los mittit ad Chriſtum. *Matth.* 11. *Luc.* 7.

Hebdomada decimaquarta. Myſteriũ XXXVI. Mulieri peccatrici condonantur peccata. *Luc.* 7.

Myſterium XXXVII. Curato Dæmoniaco, Cæco, & Muto confutantur Phariſæi. *Matth.* 12. *Marc.* 3. *Luc.* 11

Myſterium XXXVIII. Matri, Fratribus, & cæteris ſanguine iunctis præferuntur diuini verbi obſeruatores. *Matth.* 12. *Marc.* 3. *Luc.* 8. & 11.

Hebdomada decimaquinta. Myſteriũ XXXIX. Parabola Seminantis. *Matth.* 13. *Marc.* 4. *Luc.* 8.

Myſterium XL. Parabola Zizaniorum, ſeminis creſcentis, grani ſinapis, & frumenti. *Matth.* 13. *Marc.* 4.

Myſterium XLI. Parabola Theſauri, Margaritæ, Sagenæ, Patrisfamilias noua, & vetera profeentis. *Matth.* 13.

Hebdomada decimaſexta. Myſterium XLII. Docet Dominus in Nazareth, eamq; incredulitis condemnat, apud. *Matt.* 13. *Marc.* 6. *Luc.* 4.

Myſterium XLIII. Mittuntur ad concionandũ poſtoli. *Matt.* 9. 10. & 11. *Marc.* 6. *Luc.* 8. & 9.

Myſterium XLIV. Ioannis Baptiſtæ cædes. Faa IESV apud Herodẽ. *Matt.* 14. *Marc.* 6. *Luc.* 9.

Hebdomada decimaſeptima, Myſterium XLV. uinque panibus quinque virorum millia ſatianr apud *Matt.* 14. *Marc.* 6. *Luc.* 9. *Ioann.* 6.

Myſterium XLVI. Dominus, & Petrus ambuit ſuper Mare. *Matth.* 14. *Marc.* 6. *Ioann.* 6.

Myſterium XLVII. Diſſeritur de Cæleſti Pane nducando. *Ioann.* 6.

Hebdomada decimaoctaua, Myſteriũ XLVIII.

Repre-

Reprehenduntur Phariſæi, qui diſcipulos, quod illotis manibus veſcerentur, accuſabant. *Matth.*15. *Marc.* 7.

Myſterium XLIX. Sanatur filia Cananææ. *Matth.*15. *Marc.* 7.

Myſterium L. Surdus item, & mutus, alijq; multi curantur, apud *Matth.*15. *Marc.*7.

Hebdomada decimanona. Myſterium LI. Quatuor virorum millia, ſeptem panibus ſatiantur. *Matth.*15. *Marc.*8.

Myſterium LII. Reijciuntur Phariſæi quærentes ſigna, eorumq; fermentum cauendum docetur. *Matth.*16. *Marc.*8.

Myſterium LIII. In Bethſaida Cæco reſtituitur viſus. *Marc.*8.

Hebdomada vigeſima. Myſterium LIV. Petrus Chriſtum Dominum confeſſus commendatur. *Matth.*16. *Marc.*8. *Luc.*9.

Myſterium LV. Chriſtus Dominus ſe transfigurat. *Matth.*17. *Marc.*9. *Luc.*9.

Myſterium LVI. Eijcit dæmonium, quod diſcipuli expellere non potuerant. *Matth.*17. *Marc.*9. *Luc.* 9.

Hebdomada vigeſimaprima. Myſterium LVII. Statere in ore Piſcis inuento, iubet Petrum ſoluere didrachma, ſuamq; mortem prædicit. *Matth.*17. *Marc.*9. *Luc.*9.

Myſterium LVIII. Contendentes de primatu diſcipulos, docet Sanctæ humilitatis neceſſitatem. *Matth.*18. *Marc.*9. *Luc.*9.

Myſterium LIX. Scandalum puſillorum cauendum. *Matth.*18. *Marc.*9.

Hac

Digitized by Google

Hac tandem hebdomada abſoluta, ſi quæ aliæ ſuperſint ante eas duas, quæ proximè Aduentum præcedunt, in ijs fiet repetitio omnium Myſteriorum doctrinæ, quæ pertractata ſunt eo anno; ipſis Myſterijs ita diſtributis, & in paucas meditationes congeſtis, vt ſummatim recognoſcantur omnia, & retractentur.

Altera Pars Myſteriorum poſteriore anno tranſigenda.

HEbdomada quarta, Myſterium LX. Peccāti in nos Fratri condonandum, adiecta Serui Parabola, qui cōſerui nō eſt miſertus. *Matt.* 18.

Myſteriū LXI. Dominus relicta Galilæa venit in Iudæam, nec recipitur à Samaritanis. *Matt.* 19. *Marc.* 10. *Luc.* 9. *Ioan.* 7.

Myſterium LXII. Sanat decē leproſos. *Luc.* 17.

Hebdomada quinta. Myſterium LXIII. Docet in Templo in Feſto Scenopegiæ. *Ioan.* 7.

Myſterium LXIV. Adulteram mulierem abſoluit. *Ioann.* 8.

Myſterium LXV. Rurſus docet in Templo, & lapidantium ſe manibus eripit. *Ioann.* 8.

Hebdomada ſexta, Myſterium LXVI. Cæco nato reſtituit viſum. *Ioann.* 9.

Myſterium LXVII. Diſſerit de vero Paſtore, & Ouibus. *Ioann.* 10.

Myſterium LXVIII. Mittit ſeptuaginta duos ad concionandū, & Illi redeunt. *Matt.* 11. *Luc.* 10.

Hebdomada ſeptima. Myſterium LXIX. Proponit Parabolam Samaritani. *Luc.* 10.

Myſte-

Myſterium LXX. Excipitur hoſpitio à Martha. *Luc. 10.*

Myſterium LXXI. Docet precandi formulam, & vim conſtantis orationis. *Luc. 11.*

Hebdomada octaua, Myſterium LXXII. Præpoſteram Phariſæorum munditiam reprehendit. *Luc. 12.*

Myſterium LXXIII. Docet corporis mortem non eſſe timendam. *Ibid.*

Myſterium LXXIV. Abijciendam eſſe ſollicitudinem diuitiarum. *Ibid.*

Hebdomada nona. Myſterium LXXV. Officiũ ſerui fidelis erga venturum Dominum. *Luc. 12.*

Myſterium LXXVI. Pœnitendum eſſe, adiecta infructuoſæ Ficus Parabola. *Luc. 13.*

Myſterium LXXVII. Erigit in Sabbato Mulierem contractam, indignantem ob id Archiſynagogum obiurgat. *Luc. 13.*

Hebdomada decima. Myſterium LXXVIII. Anguſtam eſſe ad Cælum viam docet. *Luc. 13.*

Myſterium LXXIX. Hydropico ſalutem reſtituit in Sabbato. Docet nouiſsimum locum deligendum. Additur Parabola de Cæna magna. *Luc. 14.*

Myſterium LXXX. Nuncium rebus omnibus eſſe remittendum. *Luc. 14.*

Hebdomada vndecima, Myſterium LXXXI. In Feſto Encæniorum eripit ſe lapidantium manibus. *Ioann. 10.*

Myſterium LXXXII. Parabola de Oue, Drachma, & Filio, perditis. *Luc. 15.*

Myſteriũ LXXXIII. De Villico iniquo. *Luc. 16.*

Hebdo-

Hebdomada duodecima. Myſteriũ. LXXXIV. e Matrimonij indiſſolubili nexu, & Caſtitatis æſtantia. *Matth.19. Marc.10. Luc.16.*

Myſterium LXXXV. Diuitis Epulonis, & menci Lazari Parabola. *Luc.16.*

Myſterium LXXXVI. Vitandum ſcandalum. uanta ſit Fidei virtus. Regnum Dei intra nos. *uc. 17.*

Hebdomada decimatertia. Myſter. LXXXVII. 'arabola de Phariſæo, & Publicano. *Luc.18.*

Myſterium LXXXVIII. Chriſtus Dominus par- ulis manum imponit, & Adoleſcentem diuitem ad perfectionẽ inuitat. *Matt.19. Marc.10. Luc.18.*

Myſterium LXXXIX. Parabola de operarijs in vineam conductis. *Matth.20.*

Hebdomada decimaquarta. Myſterium XC. Lazarus ſuſcitatur. *Ioann.11.*

Myſterium XCI. Conſultant Pontifices, & Phariſæi de tollendo Domino. *Ioann. 11.*

Myſterium XCII. Dominus Mortem ſuam prædicit. Filijs Zebedæi denegat primatum. *Matth.20. Marc.10. Luc.18.*

Hebdomada decimaquinta. Myſterium XCIII. Sanat duos Cæcos apud Iericho. *Matt.20. Marc. 10. Luc.* 18.

Myſterium XCIV. Hoſpitio excipitur à Zachæo. *Luc.19.*

Myſterium XCV. Parabolam de decem minis proponit, & diſtributis Talẽtis. *Matt.25. Luc.19.*

Hebdomada decimaſexta. Myſterium XCVI. In Caput Domini cænantis effundit Magdalena vnguentum. *Matth.26. Marc.14. Ioann.12.*

Myſte-

Digitized by Google

Myſterium XCVII. Dominus Aſello inſidens Ieruſalem glorioſè ingreditur. *Matth.*21. *Marc.* *11. Luc.19. Ioann.12.*

Myſterium XCVIII. Vendentes, & Ementes iterum eijcit de Templo: Cæcos, & claudos curat. *Matth.21. Marc.11. Luc.19.*

Hebdomada decimaſeptima. Myſteriū. XCIX. Gentiles cupiunt videre Chriſtum. Parabola de grano frumenti in terram cadente. *Matth.21. Marc.11. Luc.19. Ioann.12.*

Myſterium C. Execrante Domino ficus continuo exareſcit. Magnam eſſe vim Fidei in Oratione. *Matth.21. Marc.11. Luc.19.*

Myſterium CI. Proponitur quæſtio de baptiſmate Ioannis, & Parabola de duobus Filijs, quorum alter verbo, non re, alter re, non verbo, Patri obtemperat. *Matth.21. Marc.11. Luc.20.*

Hebdomada decimaoctaua. Myſterium CII. Parabola de locata vinea. *Matth. 21. Marc. 12.* *Luc.20.*

Myſterium CIII. Parabola de Rege, qui fecit Filio ſuo nuptias apud *Matth. cap. 22.*

Myſterium CIV. Sit ne tributum Cæſari pendendum an non. *Matth.22. Marc.12. Luc.20.*

Hebdomada decimanona. Myſterium CV. Soluitur quæſtio Sadduceorum de Reſurrectione. *Matth.22. Marc. 12. Luc.20.*

Myſterium CVI. Quod nam ſit maximum Præceptum in Lege. *Matth.22. Marc.12.*

Myſterium CVII. Quæſtio proponitur de Chriſto, cuius Filius ſit. *Matth. 22. Marc. 12.* *Luc. 20.*

Hebdo-

Digitized by Google

Hebdomada vigeſima, Myſterium CVIII. Docet Dominus audiendos, non imitandos Phariſæos, & Scribas, iiſq; pœnas minatur. *Matth. 23. Marc. 12. Luc. 20.* Præfertur oblatio Viduæ. *Marc. 12. Luc. 21.*

Myſterium CIX. Prædicitur Euerſio Templi Ieruſalem. *Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21.*

Myſterium CX. Prædicitur Aduentus Filij Hominis, & eius ſigna. *Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21.*

Hebdomada vigeſimaprima. Myſterium CXI. Quomodo nos ad Domini Aduentum parare debeamus. *Matth. 24. Marc. 13. Luc. 17. 18. 21.*

Myſterium CXII. Parabola de decem Virginibus. *Matth. 25.*

Myſterium CXIII. Ratio ſupremi Iudicij. Ibid.

Meditatio in diebus Sanctorum præcipuorum ſolemnibus.

Diebus Sanctorum ſolemnibus paulo celebrioribus decet de iis Meditationem inſtituere, conſiderando inſigniores quaſdam virtutes, & actiones illorum, eaſq; ad Chriſtum Dominum referendo quinque nominibus, quæ ſubijciuntur; ex quibus ſingulis facta in nos reflexione aliquid vtilitatis eliciemus. Illud prætereà obſeruando, vt Myſterij ordinarij conſideratio ita vel occupetur, vel differatur, vt nunquam ea, ſed aut repetitio, aut applicatio ſenſuum omittatur.

Primò Igitur. Bona, quæ conſideramus in Sanctis, referemus ad Chriſtum velut ad Authorem, &

cauſſam efficientem; nam Ipſe tanquam Peritiſſimus Artifex gratia ſua Sanctos omnes elaborauit, non tamen ſine concurſu eorũ liberi arbitrij.

Secundò. Tanquam ad cauſſam meritoriam, quia quicquid boni fuit in Sanctis viris, ex Meritis fuit Chriſti, ex cuius meritorum Pretio cuiuſque merita pretium acceperunt.

Tertiò. Tanquam ad cauſſam exemplarem, inſpiciendo quam benè propoſitum à Chriſto exẽplar vita, rebusq; geſtis Sancti Viri expreſſerint.

Quartò. Tanquam ad Præceptorem, ſeu cauſſam præceptricem, reuocatis ad memoriam ijs, quæ à Chriſto de perfectione tradita Sancti opere impleuerunt.

Quintò. Tanquam ad cauſſam finalem, quippe qui Sanctorum virtutem æterna gloria, & Se ipſo remuneratur.

CATA-

CATALOGVS EARVM RERVM Quas inter Meditandum ſpectare oportet, vt veluti fructus eliciantur.

PRIMO.

Vltimus noſter Finis.

Qui eſt
1 Diuina Gloria.
2 Praxis diuinam gloriam in omnibus quærendi.

SECVNDO.

Grauitas Peccati mortalis.

TERTIO.

Nouiſſima Quatuor.

Quæ ſunt
1 Mors.
2 Iudicium Supremum.
3 Cruciatus Inferni.
4 Beatitudo Cæleſtis.

QVARTO.

Pugna Spiritualis.

Quo ſpectat
1 Apparatus ad pugnam Spiritualem.
2 Ratio cum tentationibus pugnandi.

QVINTO.

Præſtantia Diuinæ Gratiæ.

SEXTO.

Grauitas Peccati Venialis.

SEPTIMO.

Mali Habitus.

Qui ſunt
1. Superbia.
2. Ambitio, & inanis gloria.
3. Gula.
4. Vitium Caſtitati contrarium.
5. Habendi Cupiditas.
6. Iracundia.
7. Inuidia.
8. Acedia.

Hic ſpectetur

- In Vniuerſum
  1. Neceſſitas malos habitus euellendi.
  2. Ratio, qua nos comparemus ad certamen cum malis habitibus, & ad victoriam ex ijs reportandam.
- In Singulis
  1. Actus proprij.
  2. Quæ ad eos deteſtandos moueant.
  3. Remedia propria.

OCTA-

OCTAVO.

Mortificatio.

In qua primo vniuerſè ſpectanda.

1. Quanti ſit momenti, & quam neceſſaria ad ſui mortificationem Diuina Gratia.
2. Modus cooperandi cum Diuina Gratia ad ſui mortificationē, ſublato omni amore ſui, rerumq; ſuarum tanquam fine.
3. Ratio amoris proprij moderandi erga bona creata.
4. Detrimenta amoris proprij, & eius peſſima natura.

In eadem ſecũdo ſpectanda eſt praxis eius in

1. Intellectu, iudicio, ſententia propria.
2. Voluntate.
3. Affectionibus malis.
4. Lingua, & ſenſibus externis.
5. Actionibus externis.

PRIMO.

Moderatio Intellectus, iudicij, & ſẽtẽtiæ propriæ.

1. In rebus ſpeculatiuis.
2. In rebus practicis.
3. In temere iudicandis alienis defectibus.
4. In ſuſpicando, æſtimando, & Adminiſtratione DEI, & hominum iudicanda.

SECVNDO.

Moderatio voluntatis.
1 In libertate, & dominio.
2 In honore, & æſtimatione ſui.

TERTIO.

Moderatio Affectionū malarum.
1 Amoris erga vitam, valetudinem, conſanguineos, amicos, patriam, & erga bona caduca.
2 Concupiſcentiæ, & amoris ſenſualis.
3 Iucunditatum, & lætitiæ.
4 Mœroris, & triſtitiæ.
5 Timoris, & puſillanimitatis.
6 Timoris, & deſperationis de propria ſalute.
7 Audaciæ, & confidentiæ.
8 Iræ.

QVARTO.

Moderatio linguæ, & ſenſuum exteriorum.
Viſus.
Auditus.
Guſtatus.
Odoratus.
Tactus.

QVINTO.

Moderatio Actionum externarum.

NONO.

Virtutes.

Primo erga DEVM

- 1 Humilitas, vel ſubmiſſio erga Diuina.
- 2 Fides.
- 3 Spes.
- 4 Timor.
- 5 Charitas.
- 6 Religio quæ continet.
  - 1 Myſteria Fidei
  - 2 Precationes tùm voce, tū mente
  - 3 Cultum Sanctorum.
  - 4 Pietatem, & deuotionem erga Res Sacras, quæ ſunt
    - 1 Sanctorum Reliquiæ.
    - 2 Imagines piæ.
    - 3 Templa.
    - 4 Candelæ in Templis accendi ſolitæ.
    - 5 Aqua ſancta.
    - 6 Indulgentiæ.
    - 7 Iubilæa.
    - 8 Stationes.
    - 9 Grana piacularia.
    - 10 Peregrinationes.
    - 11 Abſtinentiæ, & Ieiuniorum vſus, vt
      - 1 Quadrageſima.
      - 2 Quauor temporum.
      - 3 Vigiliarum.
      - 4 Feriæ Sextæ, & Sabbato.
    - 12 Aliæ afflictiones ſponte ſuſceptæ, nō ſolū intrinſecæ, ſed etiā Extrinſecæ.
- 7 Depēdentia à Diuina Prouidentia, & perfecta æquitas animi, vt per eam gubernemur.

Secundò erga nos ipſos.

- 1 Abiectio, & vilis æſtimatio ſui.
- 2 Amor ſui ordinatus, & Sanctus.
- 3 Temperantia. } ad coercendā concupiſcentiā
- 4 Caſtitas. } ad coercendā concupiſcentiā
- 5 Fortitudo ad moderandū timorē, & audaciā.
- 6 Patientia.
- 7 Conſtantia.
- 8 Manſuetudo ad iræ moderationem.
- 9 Paupertatis Religioſæ ſtudium.
- 10 Honoris contemptus.
- 11 Pœnitentia ad peccatorum expiationem.

Tertio erga Proximos

1 Submiſſio, qua nos peiores omnibus æſtimamus, & omnibus ſubijcimus.
2 Charitas ordinata.
3 Zelus Animarum.
4 Manſuetudo.
5 Tolerantia iniuriarum.
6 Iuſtitia.
7 Beneficentia.
8 Liberalitas.
9 Miſericordia, & eius opera pertinentia ad { Animam & Corpus.

- in Verbis:
  10 Silentium.
  11 Moderatio.
  12 Eutropelia.
  13 Affabilitas.
  14 Simplicitas.
  15 Veritas.

- in externis actionibus:
  16 Modeſtia.
  17 Prudentia ſeu Circumſpectio.
  18 Aedificatio.

- Secundum varios Perſonarum gradus:
  19 Obſeruantia erga Maiores.
  20 Pietas erga Parentes.
  21 Obedientia erga Superiores.
  22 Prudentia regiminis erga Subditos.

DECI-

Digitized by Google

DECIMO.

Status Religioſus, atq;

1 Quid ſit Religio, ſeu ſtatus Religioſus.
2 Excellentia, & Dignitas eius.
3 Quantum ſit beneficium ad Religionem vocatum fuiſſe.
4 Finis ſtatus Religioſi; ideſt, Perfectio, ad quam inſtitutus eſt, quæ eſt Amor Dei perfectus.
5 Rationes, & viæ eius finis acquirendi, quæ ſunt præcipuè Tria Vota Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis.
6 Noſtræ Societatis Inſtitutum.
7 Quid nobis agendum, vt noſtræ vocationi reſpondeamus.
8 Amor erga Noſtræ Societatis Inſtitutum, animaduerſa Proprij finis præſtantia, qui eſt ſalus, & perfectio tum propria, tum Proximorum; conſiderata item conuenientia, & aptitudine mediorum, quibus vtitur ad eum finem conſequendum.
9 Aequitas animi, ſeu Indifferentia omnibus in rebus.
10 Studium ſolidarum virtutum.
11 Progreſſus in virtutibus.
12 Moderatio Superiorum.
13 Indicatio ſui ipſius.
14 Abſoluta Regularum obſeruatio.

Hic conſiderandum eſt.

Finis Catalogi, & Diſtributionis Myſteriorum Vitæ D. N. IESV CHRISTI.

LAVS DEO.

ANI-

Digitized by Google



Digitized by Google

ORANDI MODVS EX LIBELLO EXERCITIORVM S. P. N. IGNATII EXCERPTVS.

Quid ſit Oratio, & quæ ad eam incitamenta. Cap. I.

ORATIO eſt actio ſuperioris animæ partis, qua homo eleuatur ad ipſam vſque Dei præſentiam intimè pernoſcendam: vt citra medium cum ſuo conditore colloquens, & agens, debitum ei cultum, & venerationem tribuat, & amore, cunctiſq; animi affectionibus in eius bonitate explicatis diuinæ conſuetudinis dulcedine perfruatur. Vt cognoſcat præterea, & ex animo ſentiat noſtræ redemptionis Myſteria, & Chriſti Domini virtutes egregias, nobis velut exemplar ad imitandum propoſitas intuens, ad earum imitationem excitetur. Vt gratias deinde ſimul de acceptis beneficijs agat, ſimul impetret ea, quæ fuerint animæ, vel corpori neceſſaria, lucem præcipuè, & vires, quibus norit, & poſſit, cum vitam totam, tum cum ipſum diem ex diuina voluntate traducere; atque hæc omnia tandem eo ſolum conſilio, & fine, vt

ne (vt ſicut initio dictum eſt) per veram ſui demiſſionem, & diuinæ Maieſtatis adorationem, eidem ſè, ſuaq; omnia conſecrando ſummi; & perfecti honoris debitum pro viribus exſoluat.

Ex his licet intelligere, quomodo nos erga orationis ſtudium affectos eſſe oporteret; nam ſiue vtilitatem ſpectemus, qua ducti cęteri mortales nulli, aut labori, aut periculo parcunt, vt quæuis fugiamus mala, diuinis quibuslibet bonis cumulemur, planum eſt viam omnium certiſſimam orationem eſſe; cum ipſe largitor Deus hanc ſuorum donorum exigat mercedem, vt petamus, (petite enim, inquit, & accipietis) ſeu voluptate afficiamur, ſeu ducamur honeſtate; aut denique moueamur officio gratum animum ſignificandi illi, cui debemus omnia, & maximè accommodata eſt ad gratias agẽdas oratio, & ipſa diuinorum beneficiorum cognitio gratiarum actio eſt nobilis in primis. Neque vberior vſquam, certior, & purior voluptas, quam in communicatione, & coniunctione cum ſummo bono, eſſe, aut fingi poteſt. Nec maior honeſtas, quam in congreſſu, & familiaritate diuina; quibus rebus ipſi B. Virgini, & Cæli ciuibus ſimiles efficimur, qui & diuina præſentia cohoneſtantur aſſiduè, & eius intuitu beati, ſumma voluptate complentur.

De Partibus Orationis. Cap. II.

VNiuerſa orationis, de qua agimus, ſtructura tribus partibus conſtat. Prima continet quædam, quæ præcedunt eam partem, in qua

in qua propriè conſideratio verſatur, & eſt, & dicitur meditatio; ea autem, quæ præcedunt, quia præparant animam ad reliquam orationem, Præparationes nominantur. Altera pars continet meditationem ipſam. Tertia Colloquium. De ſingulis diuina gratia aſpirante ſuo ordine proponemus ea, quæ vel apertè in Exercitiorum Libello tradit S. Ignatius, vel ex ijs, quæ tradidit, deducuntur.

De Prima Orationis Parte, & de Præparatione remota. Cap. III.

ANtequam accedamus ad orationem, diuino monitu iubemur animam præparare, ne ſimiles ijs efficiamur, qui, dum ſuo labore diuinæ gratiæ cooperari negligunt, tentant Deum. Cum autem multa ſint, quibus anima ad tam ſanctam, nobilemq; actionem cōparetur, viſum eſt, ea omnia in tres partes diuidere, quas Præparationes remotam, propinquam, & proximam diceremus. In Præparatione autem remota, vt animus ſuſcipiat ardentius, vtiliusq; exerceat orationis negotium, quædam curanda ſunt, quædam remouēda: curandum eſt primo, vt excitemus in nobis ardentem perfectionis cupiditatem; deinde firmam, conſtantemq; habeamus inductionem animi nihil omittendi, quod ad abſolutam virtutem ferat, & hanc ipſam Deo offeramus: tertio vt excelſo quodam, & liberali animo Domini nos manibus committamus, quocunque ipſi placuerit modo, ſine vlla exceptione tractandos, atque formandos.

mandos. Remouendæ ſunt autem diſtractiones mentis, & quædam animi diſſipatio, ſiue diſperſio, & alia quæcunque impedimenta: quod fiet Primò, ſi recidantur occupationes minimè neceſſariæ. ſecundò ſi colligantur externi ſenſus, & ſub diligenti cuſtodia ſeruentur. tertiò denique ipſa in rebus omnibus exterior collectio procuretur: quod ſi iuſtis de cauſis non liceat, ipſa certè mens in quiete, & ſolitudine cuſtodiatur, quo expeditius vni Deo vacet in oratione: mirũ enim in modum ad ſatus diuinos excipiendos vtilis, & neceſſaria eſt tranquillitas mentis; huc enim ſpectat ſeceſſus ab amicis, & negotiorum turba, & demiſſio oculorum, & alia huiuſmodi, quæ à S. Ignatio præcipiuntur.

De Præparatione Propinqua. Cap. IV.

POſt hanc præparationem ſequitur alteram, quam, quia ad ipſam orationem proprius accedit, propinquam placuit appellare: hæc autem tres continet partes.

Prima eſt, vt materia conſideranda præparetur, quæ primo ſit vera, & nota, tum diſtinguatur in certa capita, ſeu puncta, vel tria, vel plura, aut pauciora, vt quiſque ſibi animaduerterit magis expedire: deinde hæc ipſa capita memoriæ mandentur. Altera pars eſt, Primò vt poſt cubitum ante ſomnum cogitemus tantiſper de hora, qua ſurgendum nobis erit, & de futura contemplatione puncta breuiter animo retractantes. Secundò, vt expergefacti excluſis alijs cogitationibus

Digitized by Google

nibus ſtatim ad id, quod ſumus contemplaturi animum applicemus, & excitemus in nobis deſiderium clarius propoſiti myſterij cognoſcendi, conando ſimul ad gaudium, vel triſtitiam, vel aliũ affectum pro meditationis argumẽto ſenſim impellere voluntatem, vt tertiò hoc ipſum quo efficacius fiat, inter induẽdas veſtes exemplum aliquod nobis rei præſenti accommodatum proponamus: quamquam ſatis etiam fore videtur eo tempore recitare pium aliquem verſiculum, aut Pſalmum, vel aliud quidpiam agitare, quo mens excitetur, & erigatur in Deum.

Tertia Pars ſummi eſt momenti. Vt paulo ante orationem breuiter, ſed attẽti cogitemus, quo accedendum nobis ſit, quid faciendum: nimirum accedendum eſſe ad orationẽ, cum Deo, ac Domino Noſtro colloquendum, & cum eo de rebus maximis, de noſtra, ac proximorum ſalute, & perfectione trãſigendum. Quare magnifica quædam, & ampla opinio de Maieſtate illã infinitã formãda erit, abiectiſſima de nobis; quę opinio ſeptem perfectionum illi tributarum conſideratione, ſeptemq; noſtrorum defectuum illis oppoſitorum poterit concitari: illæ autem diuinæ perfectiones ex Symbolo petuntur, quæ vna eſt Dei cognoſcendi via compendioſa, præſtans, & tuta.

Primò ergo. Deus Creator eſt omnium rerũ, quod eius infinitam potentiam, ſapientiam, bonitatem oſtendit. Homo procreatus eſt ex nihilo, ideſt, ex ſe nihil.

Secundò. Deus conſeruator eſt, qui eadem, qua condidit virtute, ſapientia, bonitate ſuſtinet omnia

nia, nè ſuum in nihilum relabantur. Homo vero ſingulis momentis ex ſe ad interitum ruit.

Tertiò. Ille eſt rerum omnium moderator, qui vel ipſum arenæ maris numerum, & abditas in receſſu mẽtis humanæ cogitationes nouit, ſuũq; ad finem ſuauiter cuncta perducit perpetua quadam, & paterna cura. Contra, homo rerum omnium egentiſſimus eſt, in ijsque perpetuo, velut mendicus pendet à Deo.

Quartò. Ille Redemptor eſt noſter, noſtra cauſa delapſus è cælo, extrema paſſus, & mortuus. Nos autem ex nobis mancipia peccati, atque Diaboli, qui ad extremum vſque ſpiritum miſerijs innumerabilibus obruimur.

Quintò. Ille Parens ſanctitatis, & qui gratia ſua cæleſtibus donis efficit Sanctos. At nos iniqui fœdum quoddam, & deteſtandum vlcus malorum omnium ſentina.

Sextò. Ille Gloriæ largitor, qui pios æterna felicitate remuneratur.

Septimò. Ille denique ſummus, & Iudex, & vindex. Nos è contrario æternorum cruciatuum rei, quouis ſupplicio digni.

De Præparatione proxima. *Cap. V.*

HIſce præparationibus anima ſatis inſtructa reliqua eſt proxima, quæ in ſignificatione reuerentiæ, diuinæ Maieſtati, eiuſq; adoratione, in oratione præparatoria, ac tribus fere præludijs continetur.

Ex ea enim cognitione diuinæ præſtantiæ, noſtræq;

Digitized by Google

ſtræq; vtilitatis, exiſtet primo admiratio maxima, deindè timor plenus reuerentia, tum ardens deſiderium, & ſtabilis voluntas ſe tanto Numini ad necem vſque ſubeundam penitus ſubmittendi (in quo ſita eſt vera deuotio, & omni ſtudio conquirenda) poſtremo adoratio ipſa. Quæ porrò adoratio plurimi facienda eſt, & in eo conſiſtit, vt mentis oculis in Deum, ac Dominum noſtrum veluti præſentem, & quid acturi ſimus ſpectantem defixis, eius infinitam excellētiam, noſtramq; humilitatem intelligentes planè, ac ſentientes, & profitentes ruamus in terram: & venerabundi ſacros ad eius pedes quodammodo prouoluti, eidem nos totos ex animo, penituſq; ſubijciamus, quo facto ſtatim ſequetur.

Oratio Præparatoria, quæ non indiget explicatione, ſemper enim eſt eadem, ea ſcilicet, qua petimus à Deo gratiam, vt noſtræ vires, & operationes omnes, & præſens meditatio præſertim ſincere ad eius cultum, & gloriam tendāt. Et quidem hæc ipſa etiam præcedente illa noſtri, Deiq; notitia ſuccendetur, & animabitur quodammodo. Non in dubium, quin ex altera parte noſtro debito ad Deum omnia referendi plane perſpecto, ex altero virium ad hoc præſtandum infirmitate, ſtudio quam ardentiſſimo diuinum auxilium ſimus imploraturi.

Proximè ſuccedunt præludia duo, vel tria, quorum primo memoria iuuatur, altero intelligētia, tertio voluntas. Primum in Vitæ Chriſti Domini contemplatione ex Hiſtoria ſacra ſumendum eſt, neque aliud eſt eius officium, quam proferre

in medium historiam ipſam rei contemplandæ, qua in re proderit plurimum alte ſentire de verbis ipſis Euangeliſtæ, quippe à Sancto Spiritu dictatis, & ea excipere, ac magnifacere tanquam de cælo demiſſa ad ſacrum Myſterium nobis explicandum, ſimiliter atque linteum illud olim S. Petro demiſſum eſt. Tum etiam res ipſas non aliter accipere, quam ſi nobis tum primum reuelarentur; reputando quantum beneficium accepiſſe cenſeantur, & merito ij, quibus Myſterium aliquid diuinitus reuelatum ſit; vel potius fingere ſibi ab ipſo Deo hiſtoriæ ſeriem proponi, perinde ac ſi Rex magnus tabulam aliquã egregiè depictam, quam haberet in delitijs, & magnifaceret, contemplandam ſeruo proponeret, ipſemet ſingula explicaret, & inuitaret ſeruum ad inſpiciendum attente.

Altero preludio occurritur euagationibus mẽtis. Cum enim intellectus, dum verſamur in corpore, pendeat à phantaſmatibus, & eorum ductũ ſequatur, ne facile importuno, perturbatoq; eorundem occurſu diſtrahatur huc illuc, & inutiliter euagetur, ad certum locum, certasq; perſonas affigendus quodammodo, & alligandus eſt; quare locus ipſe, perſonæ, & cætera huiuſmodi cogitatione informanda ſunt, & menti ſubijcienda, nõ ſecus ac ſi oculis cernerentur; ſi tamen de re corporea futura eſt meditatio. Si autem de planè ſpirituali, fingendum erit aliquod exemplum, aut ſimulacrum rei, quæ cadat ſub ſenſum, quale eſt illud in primo exercitio animæ, quæ in corpore velut reus quidam in carcere cõſtricta cernatur,

Vltimo

Vltimo tandem præludio, vt iam tum leniter attententur affectus, petitur ſenſus eius rei, cuius maximè exoptatur, conuenienter propoſitæ contemplationis argumento.

Hæc de præparatione, quæ, ne nimia aut minuta cuipiam videantur, faciet difficultas, quam miſeri in bene orando communiter experimur: & ſanè omnia ſeruet accuratè neceſſe eſt, qui & crimen temeritatis effugere, & in tanti ponderis negotio verſari non inutiliter velit. Quod ſi aliqua temporis pars à minus præſertim exercitatis in his præparationibus aliquando abſumatur, nulla eſt exiſtimanda iactura, nihil detrahi cenſendum eſt orationi, immo ex hoc ipſo maximè proficient; quia habituros cum Deo commercium, exoraturos, quod optant: & decet prius ſe quam diligentiſſimè comparare, vt dicebamus; & hoc ſtudio nihil eſt, quod diuinam benignitatem magis inuitet.

De externa Corporis Compoſitione. *Cap. VI.*

IAm verò qui ſatis animum compoſuerit, reliquum eſt, vt ipſam aggrediatur meditationē, corpusq; componat eo modo, quo ſperat id ſe facilius aſſequi poſſe quod optat, pro ipſa corporis habitudine, & animi deuotione. Nam certa regula, nec ſolet de hoc præſcribi, nec poteſt, ſed liberum cuiq; eſt, vt (vbi tamen locus ferat) nunc genibus flexis, quod maximè laudatur, & eſt maximè commune, nunc proſtratus humi, & pronus, aut ſupinus iacens, nunc ſedens, aut ſtans,

oculis,vel clauſis, vel defixis in partem vnam, neque huc , & illuc motis meditationi inſiſtat : In quo tamen illud eſt cauendum, vt ſi genibus flexis,aut quouis alio ſitu voti compos fiat,nihil requirat vltra.

DE SECVNDA PARTE ORATIONIS, ſcilicet De Meditatione.

De exercitatione Memoriæ priuatim, & reliquarum Potentiarum in vniuerſum. *Cap. VII.*

PRæpoſitionem excipit meditatio,in qua tres potentiæ eius partis animæ, quæ rationis eſt capax,exercendæ ſunt,Memoria,Intellectus,Voluntas ; nam facultates alterius partis non ſunt capaces orationis , niſi quatenus ſuo miniſterio iuuãt ſuperiorē;neque abſoluta meditatio vnius tantum,aut alterius potentiæ exercitatione conſtat,ſed omnium trium; & affectus, ſeu voluntas, licet proprium habeat locum in extrema oratione , à cæteris tamen partibus ſeiungi omnino nõ debet. Exercitatione autem memoriæ non ſolum eius potentiæ actus intelligitur, quæ rerum præteritarum eſt cuſtos , ſed etiam actus cogitationis, quando Intellectus antequam incipiat ratiocinari,rem ipſam clare apprehenſam ſibi obijcit,& velut ante oculos ponit. Quare quoties de re præterita meditatio inſtituetur, memoriæ officium erit totam rei geſtæ ſeriem producere in medium ; & in materia quacunque eius loco erit

ipſa

ipſa rei pertractandæ clara apprehenſio, per quam intellectui ruminanda proponatur.

Poſt exercitationem memoriæ gradus ſtatim faciendus eſt ad comentationem: & quia ſimplex illa apprehenſio ſinè mentis agitatione vix nomen orationis meretur, neque admodum ad virtutes animo inſerendas eſt vtilis: & ne uis animi, quæ finita eſt, in re parum fructuoſa exhauſta ibi langueſcat, vbi maximè vegetam eſſe oporteret. Quare hic ſtatuēdus eſt in harum potentiarū exercitatione modus, & ordo, vt poſt attentam recordationem, vel apprehenſionem rei, intellectus labor maiori conatu adhibeatur: inde negotio ad voluntatem tranſmiſſo, in affectionibus permouendis ſumma contentione deſudetur.

Hinc fit, vt cum finis memoriæ ſit materiam ſubminiſtrare Intellectui, in qua poſſit exerceri: finis autem conſiderationis ſit ciere affectum: regula, modus, ſeu menſura actus memoriæ ſit ipſe intellectus: huius autem voluntas. Quare eatenus erit immorandum, & laborandum in primo, quatenus requiret alterum: & in hoc quatenus poſtulabit tertium: quod tandem velut finis, & quid optimum expetendum eſt, & perpetua intentione ſpectandum. Ex quo etiam errare eos apparet, qui in curioſa perueſtigatione rerum, ſententiarumq; pulcherrimarum diutius, & impenſius, quam in permotione voluntatis elaborant: non enim abundantia ſcientiæ, ſed ſenſus, & guſtus rerum interior deſiderium animæ explere ſolet.

Et in memoriæ quidem officio nullus fere eſt

labor: ſiquidem iam pridem in præparatione diſtinctam eſſe oportuit in ſua capita orationis materiam, & memoriæ commendatam. Sed in vſu tum intellectus, tum voluntatis cum diuina gratia enixe laborandũ eſt: & noua noſtro conatu excogitanda ſunt, quibus & mens illuſtretur, & accendatur voluntas; neſcio enim quomodo, quæ nos ipſi per nos inuenimus, excipimus alacrius, & ſuauius, arctiuſq; velut fœtum quendam noſtrum amplexamur. Quare non laudandi omnino videntur ij, qui tot ſunt in legendis aliorum diffuſis meditationibus, aut compoſitis orationibus pronunciandis, ſed inſiſtendum eſt totis viribus in conquirendis ijs, quę, vt diximus, vel lucem animo poſſunt afferre, vel motum; quo fiat, vt ex inuentis guſtum delectabiliorem, & vberiorem fructum percipiamus.

De Duplici quodam lumine. Cap. VIII.

ANtequam procedamus, ne in re ſummi pōderis, aut decipiamur periculosè, aut turpiter erremus; animaduertendum eſt duplex eſſe lumen in oratione, practicum vnum, alterum ſpeculatiuum conuenienter appellabimus. Vtriuſque huius luminis diſcrimen in intellectu, in voluntate, in opere cernitur.

Et primo quidẽ in Intellectu cernitur illud diſcrimen. Nam duabus vijs res diuinas contemplari poſſumus, vel per ſublimes quaſdã, magnificaſq; notiones, & minimè vulgares, quod dicimus lumen ſpeculatiuum; quia ſæpe mens in ea ſolum

altiſſi-

altiſſima conſideratione conquieſcens, ad impellendam voluntatem minimè deſcendit. Et certè cum ſit paucorum, oratio verò etiam imperitioribus cōmunis, minimè eſt orationi neceſſarium. Vel per quaſdam practicas rationes, ex quibus licet rudi ſit ingenio aliquis, & rerum cæleſtium opiniones non adeo exageratas informet, in ſummam tamen diuinæ maieſtatis exiſtimationē ducitur, reuerentiam, timorem; & hoc lumen quærendum eſt, & dicitur practicum; quia efficax eſt, & mouet ad opus: licet in rebus altiſſimis verſari etiam poſſit: in quibus tamen non tam ea perſequetur, quæ ſoli ſpeculationi pabulum præbeant, quam ea, quæ voluntati motum, & robur.

Cernitur ſecūdo diſcrimen etiā in volūtate: nā in ſpeculatiuo illo etiam volūtas interdū ſuauiſſimis motibus pertentatur, vt erūpant gemitus, & ſuſpiria, lachrymulæ eliciātur, ſed nihil præterea. Itaque, poſtquam dulciſſimus ille ſenſus euanuit abſoluta meditatione videas eiuſmodi homines nihilominus impatientes, & ſemper iiſdem tricis impſicitos, ac vitijs coopertos, maximèq; ſui cōſilij tenaces, non ſine ſpecie pietatis. Alterum verò illud perturbationes domat: vitia extirpat: neque mentem fallaci ſuauitate inebriat, ſed ſalubri compunctione exercet: neque inanem gloriolę, aut ſcientiæ guſtum parit, ſed veram virtutum omnium ſitim.

Poſtremò in opere diuerſa vtriuſque natura deprehenditur. Illud labores externos, zelum animarū tanquam impedimentum ſpiritus cau-

ſans,ſenſim imminuit ſine ſenſu, vel certè non fouet, vt par eſt.

Hoc autem,quod proprium eſt noſtri Inſtituti, ardorem quendam excitat nunquam ceſſandi,duriſſima quæque patiendi; vt ipſa etiam (ſi res poſtulet) intermittatur oratio, & quodlibet noſtrũ commodum poſthabeatur ſaluti proximorum, & Charitati fraternæ: & hoc verum,ac germanum lumen orandi pro uiribus cum diuina gratia quærendum eſt in meditatione, atque ſeruandũ.

De Officio Intellectus Priuatim. Cap. IX.

IAm quo ad vſum intellectus priuatim: capitibus hiſtoriæ conſiderandæ, veluti materiæ applicanda eſt quædam quaſi forma, & punctis materialibus,vt ita dicã puncta formalia, ideſt, Perſonæ, Verba, Actiones expetendę ſunt. Non quidẽ in toto myſterio ſeparatim perſonæ, verba ſeparatim,deinde etiam ſeparatim facta: ſed in qualibet parte Myſterij animo perluſtranda ſunt illa tria, vel omnia ſi ſunt, vel certè quæ ſunt.

Et in actionibus quidem, in quibus fere Myſterij ſumma conſiſtit,inueſtiganda,& expendenda eſt ipſamet rerum natura. Tum videndũ quas habeant partes, quæ ſua intrinſeca, & propria, quæ extrinſecus adiuncta, & cum alijs cõmunia, loco, tempore,modo,inſtrumentis,quibus fiunt, & cauſis propter quas fiunt, inſpectis.

In verbis autẽ licebit attẽdere num quos habeant latentes, atque recõditos ſenſus,ad mores omnia, & vſum, non ad ſcientiã ſolum referendo,

quem

quem ad finem enunciata ſint: quæ vitæ præcepta contineant, quas virtutes, & alia generis eiuſdem. Denique in perſonis aduerti poterunt tum interna, & ad animum ſpectantia, tum externa: vbi ſint perſonæ, in quas hæc cadant. Externa quidem, vt oris compoſitio, & modeſtia, grauitas in inceſſu, & ſtatu, ætas, vires, dignitas, genus, fama, opes, ea præcipuè, quæ præſenti loco magis erunt accommodata. Interna vero, vt animi bona, & dotes, cogitationes, affectiones, præſertim mens, & conſilium, quo aliquid efficiunt. Hæc in myſterijs noſtræ redemptionis, in quibus illud præterea videtur generatim ſpectandum, vt amoris, & pietatis, & miſericordiæ erga nos magnitudinem, quibus omnia ſaluti noſtræ neceſſaria tam perfectè exequutus eſt Chriſtus Dominus, planius intelligamus: & quanta nos maneant bona, ſi ſerio inducamus animum, qua decet cura in ſtudio ſolidarum, perfectarumq; virtutum elaborare. In beneficiorum autem conſideratione generatim ponderanda ſunt illa capita, Quid, Cui, Quis, Quam ob cauſſam. In vitijs turpitudo eorum, & grauitas ex eo, quod lædant maieſtatem diuinam. Secundò detrimenta, & mala, quæ afferunt. Tertiò, virtutes contrariæ contraria natura. Quartò, remedia, vt fugiantur. In virtutibus denique. Primò earum Neceſſitas, Vtilitas, Honeſtas. Secundò, vitij contrarij fœditas, & prauitas. Tertiò, Chriſti, & Sanctorum exempla. Quartò, viæ earum acquirendarum, vel actus proprij. Quauis denique in re, vt ſemel dicatur, perpendantur natura, proprietates, circunſtantiæ, effectus, quomodo in ijs ge-

ijs gerere nos debemus: neque mediocriter exẽplis, aut ab hiſtoria, aut à natura petitis; quibus res illuſtratur, rerum ſimilium, aut ſententiarum collatione poterimus iuuari, alijsq; locis, qui topici vocantur. Illud interim obſeruando vt ad id, quod quærimus, cõſequendũ acriter laboremus, perinde ac ſi nihil poſtea boni reperturi eſſemus.

De duplici hominum genere, & duplici meditandi ratione. Cap. X.

VT autem magna eſt in humanis ingenijs varietas, non omnes æque ſunt ad meditandum idonei: quæ diuerſitas licet multiplex, in duo præcipua genera contrahitur. Quidam ergo ſunt ingenio feraci, & laboris patientes; quos nunquã deficit noua cogitandi materia; & hos æquum est obſequi, atque obſecundare naturæ; & perpetua commẽtatione exerceri quamdiu ad concitandum tandem affectum vtile videatur. Alij contra, vel hebetiores, & imperitiores, aut etiã quia vno intuitu ipſi peruideant, quæ vix alij diuturna intentione cogitandi, laborem diu ferre non poſſunt: & hos etiam expediet naturæ vim nequaquam afferre, neque illud attentare, quod nimis graue experirentur; ſed tempus traducere in varijs actibus intellectus, & affectibus; eos pro materiæ varietate permutantes.

Ex quo etiam exiſtit duplex ratio meditandi in argumento quocũque. Prior per varias apprehenſiones, breueſq; conſiderationes, & affectus illis reſpondentes: Poſterior per cogitationem perpe-

perpetuam, longioremq; tractationem, quæ tamen ſemper ad voluntatis referatur motum.

De Exercitatione Voluntatis. Cap. XI.

VEnimus tandẽ ad actus voluntatis, ad quos tanquam ad finem tendendum ſemper: in quibus conatu quàm maximo inſiſtendum toties inculcauimus: cauſa quidem in prõptu eſt. Nam cum ad opus oratio noſtra referatur; vel ad componendas animi perturbationes, vel externos labores alacriter adeundos; & vno verbo ad totius hominis compoſitionem, emendationem, perfectionem: hunc finem vt aſſequamur, neceſſe eſt ad eum efficaciter volendum inducatur voluntas: & quoniam tanti eſt eius finis aſſequutio, propterea tantus etiam conatus eſt in voluntatis perſuaſione adhibendus: quare omiſſa affectuum enumeratione, & quomodo ſinguli concitentur, hæc pauca viſa ſunt minimè omittenda.

Primò quidem. Actus voluntatis, vt initio etiã monuimus, licet proprium habeãt locum ſub finem orationis, vbi præcipuo conatu ad eos incũbimus; tamen per totam meditationem ſparſos, & actibus intellectus mixtos eſſe oportere, & omnino quæcunque inuenit intellectus proponenda eſſe voluntati, quibus ad ea complectenda, quæ propoſita ſunt, inuitetur.

Secundò. Vnumquemque affectum ſeptem modis extendi, ac declarari poſſe, ideſt, poſſe nos eadem in re ſeptem actus diuerſos elicere ad afficiendam erga eam magis, & acrius impellendam

volun-

voluntatem. Quorum actuum primus erit petitio. Secundus obſecratio. Tertius deſiderium. Quartus reprehenſio, ſiue obiurgatio. Quintus admiratio. Sextus Interrogatio. Septimus confirmatio. Atque vt ex vno fiat in alijs coniectura.

In adoratione, quā diximus initio Deo exhibēdam, hos actus in hūc feremodū licebit exercere.

Primò. Cognita noſtrarum virium imbecillitate, quæ debitum cultum ex ſeſe diuinæ maieſtati tribuere non valent, hoc ipſum petemus à Deo beneficium, rite vt eum colere, venerari, atque adorare poſſimus.

Secundò. Obſecrabimus ardentius infinitam illam benignitatem, & obteſtabimur per ſuam ipſius miſericordiam, per ſanguinem, & merita Chriſti Domini, &c. vt gratiam illam concedat.

Tertiò. Excitabimus in nobis vehemens quoddam diuinæ maieſtatis adorandæ deſiderium, & ipſi Deo proponemus, vel pio verſiculo ex ſacris litteris, vel aliqua optandi formula, vt. Domine ante te eſt omne deſiderium meum, &c. Quis mihi dabit, &c. O vtinam, &c.

Quartò. Tum ad nos ipſos conuerſi ſocordiam noſtram, iniuriam, & torporem acriter reprehendemus.

Quintò. Inde in altam noſtri admirationem deſcendemus. Egonè Deo non ſubijcior? tam ſero? tam oſcitanter agnoſco tantum bonum?

Sextò. Nos ipſi nos interrogabimus. Anima mea quid agis? Theſaurus tuus vbi eſt? An quando tandem iam ſerum erit? Deo te ſubmittes? Quid torpes? Quid dubitas, &c.

Poſtre-

Poſtremò varijs incitamentis animam iam propendentem confirmabimus ad audendum, & impellemus. An cauſæ deſunt occaſiones nomina Dei colendi, & adorandi? Si vtilitatem ſequeris, hinc omnia fluent bona, ad ipſum fontem accedis, ſi honeſtatem. quid pulcherius? & alia huiuſmodi permulta enumerando.

Tertiò loco hic aduertendum videtur: licere interdum vniuerſam meditationem ad vnum aliquem affectum ſpeciatim referre, ita vt ſolus ille quæratur: quod ſanè in myſterijs vitæ Chriſti Domini, & præcipuè ſanctæ Paſſionis locum habet. In qua etiam ſeptem aſſignantur affectus, qui ſolent ſpectari. Primus. commiſeratio. Secundus. compunctio. Tertius. imitatio. Quartus. gratiarum actio. Quintus. admiratio. Sextus. ſpes. Septimus. amor, & charitas: ita vt in totius Sanctæ Paſſionis meditatione modo ſolum eos locos expendamus, qui commiſerationem apti ſunt excitare, modo eos, qui compunctionem, &c.

De Luminibus, & Motibus Diuinis. Cap. XII.

PRæter dictos trium potentiarum actus ſunt quidam longè altiores, non tamen in noſtra manu, vt illi, ſed diuinæ gratiæ priuata beneficia, Cum ſcilicet animam coram Deo ſtrenue, vt arctius illi iungatur, laborantem benigne pater optimus excipit, quibuſdam diuini luminis radijs illuſtrat, & rapit ad ſeſe: qui quidem actus haud paulo maiorem vim habent nos ab amore rerum

cadu-

caducarum ſegregandi, & cum ſummo bono penitus copulandi, quam ij, quos gratiæ diuinæ ordinaria ope adiuti noſtro labore elicimus.

Et in memoria actus huiuſmodi eſſent ipſæ reuelationes, & viſiones diuinitus ſanctis viris non raro conceſſæ, quas, quia vitioſum eſſet expetere, aut expectare, omittamus.

In intellectu, & voluntate ſunt ſingularia quædam lumina, & inſtinctus à Deo immiſſi, quibus & rei cuiuſpiam veritatem altius penetramus, & ad pium aliquem affectum impellimur: & hac in re quædam ſunt animaduertenda.

Primum eſt, licet à nobis non pendeant, nec in noſtra ſint poteſtate cæleſtes illi afflatus, eos tamen impediri à nobis plurimũ poſſe. Primò quidem, nimio, & valdè humili affectu erga res mortales, & rerum caducarum delectationes. Secundò. Negligentia, & ſocordia in orando, traditisq; orandi præceptis integre ſeruãdis. Tertiò. Nimia ſcrupulorum moleſtia, & nimia quadam in ipſiſmet diuinis conſolationibus quærendis ſollicitudine, & anxietate. Alterum eſt, vt ſi animo pro viribus purgato, adhibita diligentia, ſollicitudine vitata nihil tale cõtingat; memor ſit quiſque nullam poſſe à mortalibus viam tradi, qua inſolitos illos rerum æternarum ſenſus aſſequatur. Quare perſuaſum habeat nihil tutius eſſe, quam ſe totũ diuinæ voluntati committere, & ſumma animi demiſſione agnoſcere, & profiteri ſé quolibet diuino ſolatio indigniſſimum: eo autem tempore cum alia, tum illud nominatim cauendum eſt, ne orandi tempus contrahatur, ſed potius

ſolito

ſolito magis producatur ſtudio vincendi.

Tertium eſt, vt cum diuina benignitas adeſſe ſentitur, quę noſtrę ſint partes eo tempore intelligamus. Primò ergo cum qua in re vel quæſitam deuotionem aſſequimur, vel etiam ſingularius quidpiam, non laborandum eſt de progreſſu ad alia capita meditationis, licet multa ſuperſint. Secundò etiamſi ad affectum non vſquequaque præſenti loco congruentem nos rapiat Spiritus ſanctus, renitendum non erit. Etenim cum acceſſus tantum ad Conditorē noſtrum, & coniunctio cum eo ſpectanda, & quærenda ſit, illa etiā decet adeamus via, eoq; iungamur modo, quibus ipſi maximè placet. Tertiò cū Deus per inſolitos illos motus ſignificare nobis ſuam voluntatem ſoleat, danda opera ſedulo eſt, ne ad noſtrum ſenſum, vel ex amore, & propenſione propria interpretantes abutamur diuina bonitate, eiuſq; ſapientiæ conſilia peruertamus, ſed ſincere quid velit à nobis, quid poſtulet ſuprema illa maieſtas exploremus. Semper ad eas res; aut virtutes, quibus nos maximè indigere ſentimus intuentes: aut ea vitia, quæ maximè extirpanda intelligimus. Quartò. Dum ſupernis gaudijs imbutus calet animus, & ſpiritus quoſdam nouos, & magnos concipit, cauendum eſt; ne quis temere ſe implicet votis, aut quacunque de re certo ſtatuat, ſibiq; proponat, quæ ſcilicet, cum feruor ille conſedit, pręſtare non poſſit, vt inſtabilitas valdè noxia in ſpirituali vita fugiatur. Sed expedit animo quietiore regulis bonæ electionis adhibitis deliberare, atquę decernere quauis de re, quam ſibi

certa,

certa, ſtabiliq; voluntate quiſpiam ſectandam, aut fugiendam, proponere velit.

Quartum Caput eorum, quæ hac in re videbantur aduertẽda, eſt. Vt intelligat quiuis vbi cœperit cæleſtibus affluere voluptatibus, affuturum etiam ſpiritum malum, qui vel ad prauos affectus aperte inſtiget, vel transfigurans ſe in Angelum lucis, clanculum tentet in fraudem inducere.

De Mentis Euagationibus. Cap. XIII.

PAr eſt orationis (quod quauis in re excellenti vſu venit) præſtantia, & difficultas, ſed præcipuè cum intelligentiæ inconſtantia certandum eſt. Verum quælibet difficultas euaneſcet, ſi in primis, vt par eſt, nobile, amplum, & magnificum de orationis dignitate alte inſideat menti iudicium, certumq; habeatur, vt ea eſt totius hominis perfectio, ita totum hominem deſiderare. Magnum etiam euagationibus mentis aditum præcludet abſoluta eorum exequutio, quæ de præparationibus tradita ſunt; ideſt, ſi orandi ſtudium ardens, & cupiditas adſit: certum, ac ſtabile conſilium vel leuiores noxas euitandi, materia ritè comparetur: ſeruetur ordo meditandi, &c.

Poſtremo. Attẽta quædam vigilia ſurrepentes huiuſmodi importuni hoſpites ſubuertãtur. Proderit etiam ad Dei præſentiam mentis intuitu conuerſo cernere ipſummet Deum adeſſe nobis, & ſtudiosè menti noſtræ lucem ſuppeditare ad melius orandum. Veluti ſi Rex ille, de quo dicebamus in præparatione, dum ipſe met ſingulas

tabulæ

Digitized by Google

tabulæ imagines indicat ſeruo, idem ipſe Rex facem ſuſtineret, qua ſeruus ea, quæ demonſtrantur, intueri commodius poſſet.

Omnis autem diſtractio (loquimur de minimè voluntarijs: nam ad ea, quæ quis vult, remedia non quærit) ex duplici capite oritur. Vel primo ex nimia licentia, contumaciaq; perturbationum, & ſenſuum; vel ex imbecillitate rationis, & volũtatis. Illas cohibere neceſſe eſt: has confirmare, & corroborare. Ad hæc autem maximè confert cuſtodia ſenſuum externorum. Secũdò. Ante orationis tempus ſe, viresq; animi omnes conuocare, atque colligere. Tertiò. Nullius rei curam paulo vehementiorem, aut ſollicitudinem fixam animo habere, quouis negotio in paternam Dei prouidentiam tum temporis reiecto. Præterea conducit Angeli cuſtodis opem implorare obſecrando, vt ipſe cuſtodiam ori noſtro, ipſe oculis, ipſe cæteris affectibus, ac potentijs adhibeat; idque magna cum fiducia paternæ eius erga nos curæ, quæ in hoc præcipuè verſatur: deinde magnum quendam animum ſuſcipere, & pro poteſtate potentijs ipſis inferioribus imperare, eaſdemq; in Domino collocare. Quod nõ fiet grauate, ſi quam diximus, impreſſa fuerit animo de præſtantia orationis æſtimatio.

Verumenimuero præſentiſſimum eſt omnium remedium, tum ad continendam, tum ſi qua forte ſuffugerit, continuo recipiendam cogitationẽ humilitas vera, & efficax; qua animus ita diuinis myſterijs interſit, ijſq; afficiatur, ac ſi tum primum gererentur, & in ſe ipſo complerentur. Si quis

videlicet inter orādum conſtituat ſe in eo nihilo, vnde per creationem eſt erutus, vel in prauitate, & miſeria infinita peccati, ex quibus per redemptionem exemptus eſt. Deo vero in ſua maieſtate conſtituto eius bonitatē, amoremq; reſpiciat, quo adductus eſt, vt nos à tam certo exitio vindicaret; non aliter quam ſi eo ipſo temporis momento, quo illa mente verſat, ex altiſſimo puteo extraheretur ab aliquo peramanter, aut male acceptus ab hoſtibus, vulneribusq; confoſſus ab aliquo Samaritanc curaretur. Hoc ſi fecerit, tum vel diuina lux tota in oratione perſeuerabit: vel ſi deſolatio, ariditas, moleſtiæ, &c. Superuenerint, hæc ipſa valde erunt appoſita ad vilitatem, imbecillitatemq; noſtram nobis experientia ipſa planè ob oculos ſtatuendam, apertius etiam diuinam bonitatem declarandam, quæ nos ita verſari in ſuo conſpectu patiatur. Nosq; ipſi, quales tandem ex nobis ſimus experti, euigilabimus ad auxilium diuinum ſolertius implorandum. Ex quo fiet, vt quæcunque in oratione inciderint, in bonum cedant veri humilis, & de ſe, ac Deo pro veritate, ac merito ſentientis.

Quamquam ea cura adhibita, ſi quæ acciderit animi fuga, aut aliud quodcunque ſe obijecerit orationi impedimentū, nos primo culpa vacabimus, & illa multo tum pauciora, tum imbecilliora ſine dubio erunt. Deinde qui quanti in ipſis eſt virium adhibent, & conatus, merentur, vt Deus illis per ſe, atque ſuos Angelos auxiliū ferat. Quare maximè etiam decet ſperare, & confidere diuinam liberalitatem affuturam, quæ vel impedimenta

menta auferat, vel vires nobis ſufficiat, quibus ex ijs ipſis, vnde timebamus iacturam, quæſtus facere valeamus.

De Colloquio. Cap. XIV.

PEr Colloquium id intelligimus, quod ipſa vocis notio præſefert, ideſt, eam orationis partem, in qua erumpimus in verba: & de his primo illud ſtatuendum eſt: licet nonnunquam ad torpore excutiendum, vel Deum, vel nos ipſos alloquamur: ferè tamen debere colloquia oriri ex affectu, & commotione animi vehementi. Secundò locum Colloquij non eſſe ſolum extremam orationē, ſed vbicunque fuerit ſatis voluntas concitata, ac proinde, neque vnum dumtaxat neceſſariū eſſe, ſed quot ardor animi poſtulabit.

Tertiò. Colloquia poſſe fieri cum diuinis perſonis, cum B. Virgine, & Sanctis omnibus, vel in eadem meditatione patrocinium Sanctorum, Beatæ Virginis, & Chriſti apud Patrem implorādo: vel in diuerſis pro ratione materiæ, de qua fuit meditatio. Quæ Colloquia conſueuit S. Ignatius abſoluere, vel per Aue Maria, vel Anima Chriſti, cum ad Chriſtum, vel B. Virginē diriguntur: quare etiam cum alios ad ſanctos referuntur, aliqua præcatione ipſorū propria videntur claudenda: quibus omnibus in fine ſubijciatur Pater noſter velut ſupplex quidam Libellus ſcriptus ab eo, qui norat quomodo agendum eſſet cum Patre in diuina illa curia, & veluti ſumma omnium, quæ minimè peniteat impetraſſe.

Quartò. Actū reuerentiæ, qui in ipſo orationis

ingreſſu exhibitus eſt Deo, & in tota oratione nunquã intermiſſus, attentiorem, & vegetiorem quodammodo eſſe oportere. Nam meditatio ſatis eſt, ſi fiat corã Deo: perpetua in diuinam maieſtatem intentio neceſſaria non eſt: Eſt neceſſaria tamen in actibus voluntatis, ijs præſertim, qui ad Deum recta feruntur; quia non ſolũ coram Deo fiunt, ſed etiã cum Deo. Verũ huic reuerentiæ ſub finem orationis nobiliores actus aſſociandi ſunt, fiduciæ, familiaritatis, amoris, ipſa reuerentia nõ imminuta. Non ſecus atque vir aliquis nõ admodũ nobilis, ſed modeſtus, aſpectu Regis primò deterritus, paulopoſt, vbi aliquandiu corã illo ſtetit, eiuſdẽ affabilitate, & amore erga ſe cognito erectus incipit cum eo familiariter agere. Ex hac reuerẽtia ſequetur, quod quinto loco ponendũ eſt,

Videlicet: dum Colloquia, ſeu mente, ſeu voce formamus, verba ſtudioſè diſquirẽda eſſe, quibus digne cõpellare poſſimus eos, ad quos referũtur.

Sextò verò loco aduerti poteſt, actus colloquij varios eſſe, atque multiplices: eius enim proprium eſt, vt fiat ſicut amici ſermo ad amicũ, vel ſerui ad Dominũ, nunc gratiæ aliquid petẽdo: nũc culpam aliquã noſtram incuſando: nũc extollẽdo diuinam miſericordiã, & gratias agendo: interdũ propria quęlibet cõmunicando, ac petendo cõſilium ſuper illis, ſiue auxilium: interdũ tandẽ ſermone ad nos ipſos conuerſo, quæ noſtræ ſint partes inquirendo, &c. Ipſam Dei, Chriſtiq; vel morientis in cruce, vel naſcentis, &c. imaginem proponendo, aut Virginis; cum quibus tanquam præſentibus colloquamur.

Vltimo

Vltimo, quo ad res de quibus eſt agendum, eas nimirum eſſe, quas præſentis materiæ ratio feret, & ſtatus orantis; prout ſentiemus in nobis conſolationem, vel perturbationem: prout virtutem vnam, aut alteram expetemus: prout in hanc, vel illam partem de nobis ſtatuere intendemus: prout etiam de re, quam contemplamur, triſtari, vel lætari velimus. Denique poſtulandum erit illud, quod circa rem certam aliquam maximè deſideramus, vel qua nos maximè indigere intelligamus, quæ ſunt ipſa verba S. Ignatij numeris ſolum translatis.

De Repetitione. Cap. XV.

VT ea, quæ iam ſatis meditatio verſauit, altius in animum deſcendant, inſtituta eſt repetitio, quæ nihil eſt aliud, quam recognitio, & velut ruminatio quædam rerum præcedentibus meditationibus cognitarum: ex quo fit, vt cũ animus continuè ſolũ reminiſcẽdo, quæ ante tractauit, faciliùs ſine diuagatione diſcurrat, neq; in rerum nouarũ inquiſitione laborãdo ſit, illa ipſa, vt dicebamus, radices in animo facile agãt altiores.

Hanc ergo repetitionẽ ita faciendã præſcribit S. Ignatius, vt cum eadem oratione preparatoria, & iiſdem præludijs repetatur præcedens aliqua meditatio: notando vbique, & fixius tractando illas partes, in quarum priore tranſcurſu aliquid illuſtrationis, conſolationis, vel deſolationis acceperimus, aut aliam quamcunque affectionem ſpiritualem ſenſerimus, & eadem ſemper repetendi manebit forma, licet materia mutetur: atq

De Applicatione ſenſuum, & Contemplatione. Cap. XVI.

POſt exercitationem trium potentiarum rationalium, vt totus homo oratione perficeretur, atque etiam vt animalis noſtri pars quodãmodo perſpicere, & ſapere conſueſceret ea, quæ Dei ſunt, excogitata eſt quinque imaginariorum ſenſuũ exercitatio, quæ item, tum ad affectus ingerendos, tũ ad imprimendas animæ fortius meditationes factas, vires habet permagnas, vt experimur in fabulis, & ſanctis viris nõ aliã ob cauſam huiuſmodi repræſentationem rerum, ac ſi gererentur legimus accidiſſe diuinitus, quam vt ex ijs ad nobiliores rerum diuinarum, & magis viuidos ſenſus attollerentur.

Primò ergo reſpiciendæ ſunt perſonæ omnes non aliter, ac ſi ipſiſmet oculis ſubiiacerent; & notatis, quæ circa eas occurrunt circunſtantijs, fructus eſt aliquis legendus.

Secundò. Audiendo quid loquantur, aut loqui eos deceat.

Tertiò. Interiore quodam guſtu, & olfactu conandum eſt ſentire quãta ſit dulcedo diuinitatis: animæ cæleſtibus donis, & virtutibus imbutæ, pro ratione perſonæ, quam conſideramus.

Quartò. per internum tactum attrectanda, ac deoſculanda ſunt veſtimenta, loca, veſtigia, cæteraq; perſonis talibus coniuncta. Ex omnibus ſemper adaptando nobis ea, quæ fructum aliquẽ poſſunt afferre ſignatis obiter, & penitius tractatis partibus, ſeu locis, in quibus motus animi efficaciores,

caciores, maioremq; guſtum ſpiritualem ſenſerimus. Vt autem genus hoc exercitationis facilius, & vtilius fiat, accurata, & alicuius temporis meditatio præceſſerit, neceſſe eſt. Intellectus enim, poſtquam diu aliqua in re verſatus eſt attente, illuſtratur paulatim, ita vt ſine vlla agitatione iam rem ipſam intueatur. Et hæc meditãdi ratio multos habet gradus, quorum primus, ſiue infimus, eſt hæc, de qua agimus, exercitatio ſenſuum, quæ præterea iuuatur, ſi adſit ardens pietatis, & amoris affectus: quippe ſolet amor rẽ facere preſentẽ, ſi præſertim nõ abſit ſummiſſio, & reuerẽtia erga Deum, qualem in præparatione adumbrauimus.

Quamquam ſunt qui Phantaſiæ vires adeo imbecilles habent, vix vt iuuari vlla re queant; qui tamen imaginibus externis ſubleuãdi ſunt, quarũ imaginum præſentiæ applicato lumine, quod ex meditatione percipiũt, ex vtroq; efficacius quiddam exiſtet. Atque hæc de primo, & infimo gradu. Sed vt alij quales ſint, breuiter explicemus. animaduertendum eſt, primum omnium apprehendi totum Myſterium, quod quidam vocãt cogitationem, quæ cogitatio, & apprehenſio conſiſtit in præludijs, fitq; vi memoriæ, & imaginationis ſe inuicem adiuuantium. Secundò loco ſequitur meditatio, ſeu ratiocinatio, ſiue fiat per deductionem nouarum veritatum, ex prius cognitis, ſiue per conſiderationem quamlibet rei præſentis, & aliarum cum illa connexarum varijs affectibus admiſſis: vtrouis enim modo fiat, eſt re vera meditatio: & quidem ſi accedunt affectus, & diuinarum inſpirationũ lumina, omnino perfecta.

Tertiò. ad meditationem conſequitur cognitio quædam clara,& quaſi contuitus: vno enim mentis coniectu totum Myſterium cernitur non aliter,atque ſi ante oculos expoſitum,explicatumq; eſſet. Quod lumen multo eſt præſtabilius priore, vſumq;, aſſiduitatem,ac diuturnam meditationis exercitationem requirit:nec tam vi intelligentię, & commentationis,quam efficacitate amoris acquiritur. Nihil enim eſt, quod æque rem faciat præſentem, & ante oculos ponat, atque amor cũ vehemens eſt. Eiuſmodi verò rei conſpectus ex amore diuino prognatus propriè dicitur, & eſt contemplatio, & habet quatuor gradus. Primus eſt, quem iam expoſuimus per imaginarios ſenſus. Vt ſi quis videatur ſibi adeſſe ad præſepe Domini,& puerum illum dulciſſimum deoſculari,cõplecti,eidem inſeruire,eiuſdem frigus ſentire,deguſtare lachrymas,&c. quã repræſentatione facile,vt ſæpius dixi,amor efficit. Ex tali autem aſpectu affectus ſequuntur vehementiores, quàm ex ſola conſideratione: acrius enim mouet rei præſentis obtutus,quam cognitio abſentis. Secundus & altior gradus eſt, cum mens ex rebus ad ſenſus pertinentibus,ad ſpirituales tranſcendit per ſimilitudinem ab ipſis ſenſibus petitam; vt cũ ex guſtu corporeo,ad guſtum ſpiritualem, quale eſt illud. Guſtate, & videte, quam ſuauis eſt Dominus. Ex olfactu ad illud. Sicut balſamum aromatizans dedi ſuauitatem odoris. Ex viſu. Dilectus meus cãdidus,& rubicundus. Ex tactu. Tenui eum, nec dimittam. Ex auditu. ſonet vox tua in auribus meis, & alijs huiuſmodi.

Tertius

Tertius eſt mentis ſolius per contemplationē diuinæ præſentiæ. In rebus tamen corpore, & materia affectis dū velut fons in riuulo, ſol in radio, exemplar in ſimulacro Deus cernitur in ſuis rebus : quomodo multi in floris, plantæ, animantis, ſtellæ, ac ſimilium rerum conſpectu ſuauiſſimè rapiuntur ad Deum, eoq; tanquam præſente perfruuntur, quē quaſi in ſpeculo videtur ſibi videre.

Quartus adhuc excelſior, conſiſtit in apprehēſionibus perfectionum, quas mens à rebus materialibus abſtrahens ſpirituales efficit, in ijsq; iam quieta, ac ſine diſcurſu diuinas perfectiones intuetur. Exempli gratia, cū ex tot rebus pulcherrimis, quas nouimus, pulchritudinē ipſam ſecernimus, ac ſeparamus; indeq; mens in diuinæ pulchritudinis contemplatione defigitur, & conquieſcit: eademq; ratione in alijs: quę omnia ſunt contemplationis perfecta lumina.

Quæ poſt orationem ſeruanda. Cap. *Vltimum.*

VLtimum hoc caput breue eſt, ſed maximi momenti, & continet duo, quæ poſt meditationem faciēda ſunt. Primum eſt, vt per aliquod tempus cogitemus, quomodo nobis oratio ſucceſſerit: & ſiquidem male, cauſas inquiramus cum pœnitentia eas in poſterum vitaturi: Sin autem benè, gratias agamus Deo, eundem poſtea modū obſeruaturi: quo fiet, vt artem quandam bene orandi adipiſcamur. Nam præterquamquod in cuiuſuis rei tractatione obſeruatio, & notatio, cur quidpiam bene, vel ſecus acciderit, artem parit,

orandi,

orandi, & meditandi artem induſtria non parit humana, ſed Sanctus Spiritus docet. Quare animaduertendæ ſunt illæ viæ, quibus ille nos ad bene, & vtiliter orandum deducere velit.

Alterum eſt, vt abſoluta meditatione non ſubito cura omnis ab eo Myſterio amoueatur; ſed interdiu illud identidem recolamus, atque memoria verſemus. Et hæc de oratione ſint ſatis. Deus faxit, vt in ipſius Gloriam Maiorem, & noſtram vtilitatem cedant.

VITÆ

VITAE
D·N·IESV CHRISTI
MYSTERIA
AD MEDITATIONIS OPPORTVNITATEM

In quatuor Tempora diſtributa, Eccleſiaſticæ partitioni congruentia.

Præfatio Euangeliſtæ. Luc. 1.

1 QVONIAM quidem multi cona-
ti ſunt ordinare narrationem,
quæ in nobis completæ ſunt,
rerum: 2. Sicut tradiderũt no-
bis, qui ab initio ipſi viderunt,
& miniſtri fuerunt ſermonis.
3. Viſum eſt mihi, aſſecuto omnia à principio di-
ligenter, ex ordine tibi ſcribere, optimè Theo-
phile. 4. vt cognoſcas eorum verborum, de qui-
bus eruditus es, veritatem.

MYSTERIA PRIMI TEMPORIS.

De Infantia, & Pueritia ab Aduentu, vſque ad Septuageſimam.

Verbum Dei æternum, vita, & lux, caro factum. Ioann. 1.

MYSTERIVM I.

1 IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. 2. Hoc erat in principio apud Deum. 3. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo, factum eſt nihil, quod factum eſt. 4. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominũ. 5. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. 6. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. 7. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. 8. Non erat ille lux. Sed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundum. 10. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. 11. in propria venit, & ſui eum non receperunt. 12. quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. 13. qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. 14. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis.

Zacha-

Zachariæ Ioannes ab Angelo promittitur; ab Eliſabeth concipitur. Luc. 1.

MYSTERIVM 2.

1 FVit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidã nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth. 2. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela. 3. & non erat illis Filius, eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis, 4. factum eſt autem, cum Sacerdotio fungeretur, in ordine vicis ſuæ ante Deum, 5. ſecundum conſuetudinem Sacerdotij, ſorte exijt, vt incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini: 6. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. 7. Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi. 8. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. 9. ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia; quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: 10. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: 11. erit enim magnus corã Domino: & vinum, & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero Matris ſuæ: 12. & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominũ Deum ipſorum. 13. & ipſe præcedet ante illum in Spiritu, & virtute Eliæ: vt conuertat corda Patrum in Filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum,

ſtorum parare Domino plebem perfectam. 14. Et
dixit Zacharias ad Angelum: vnde hoc ſciam?
Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in
diebus ſuis. 15. & reſpondens Angelus dixit ei:
Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus
ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. 16. &
ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in
diem, quo hæc fiant; pro eo quod non credidiſti
verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.
17. & erat plebs expectans Zachariam: & mira-
bantur, quòd tardaret ipſe in templo. 18. egreſſus
autem non poterat loqui ad illos, & cognouerũt,
quòd viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat in-
nuens illis, & permanſit mutus. 19. Et factum eſt,
vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domum
ſuam: 20. poſt hos autem dies concepit Eliſabeth
vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque, di-
cens: 21. quia ſic fecit mihi Dominus in diebus,
quibus reſpexit auferre opprobrium meum in-
ter homines.

Nunciatur Mariæ Chriſti conceptio. Luc. 1.

MYSTERIVM 3.

1 IN menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Ga-
briel à Deo in Ciuitatẽ Galilææ, cui nomen
Nazareth, 2. Ad Virginem deſponſatam viro, cui
nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen
Virginis Maria. 3. Et ingreſſus Angelus ad eam
dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedi-
cta tu in mulieribus. 4. Quæ cum audiſſet, tur-
bata

Digitized by Google

bata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſ-
ſet iſta ſalutatio. 5. & ait Angelus ei: ne timeas
Maria, inueniſti enim gratiam apud Deũ: 6. ecce
concipies in vtero, & paries filium, & vocabis no-
men eius Ieſum. 7. Hic erit magnus, & filius Altiſ-
ſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedẽ
Dauid Patris eius: & regnabit in domo Iacob in
æternum. 8. & regni eius non erit finis. 9. dixit
autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud,
quoniam virum non cognoſco? 10. & reſpondens
Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in
te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque
& quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius
Dei. 11. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa cõ-
cepit Filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus
eſt illi, quæ vocatur ſterilis: 12. quia non erit im-
poſſibile apud Deum omne verbum. 13. Dixit au-
tem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſe-
cundum verbum tuũ. Et diſceſſit ab illa Angelus.

Maria inuiſit Eliſabeth. Luc. 1.

MYSTERIVM 4.

1 EXurgens autem Maria in diebus illis abijt
in Montana cum feſtinatione, in Ciuitatem
Iudæ: & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit
Eliſabeth. 2. Et factum eſt, vt audiuit ſalutatio-
nem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero
eius: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth: 3. Et
exclamauit voce magna, & dixit: benedicta tu in-
ter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

4. Et

4. Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei
ad me? 5. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis
tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in
vtero meo. 6. Et beata quæ credidiſti, quoniam
perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino.
7. & ait Maria: Magnificat Anima mea Dominũ:
8. Et exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari
meo. 9. Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ;
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge-
nerationes. 10. Quia fecit mihi magna qui po-
tens eſt: & ſanctum nomen eius. 11. Et miſericor-
dia eius à progenie in progenies timentibus eũ.
12. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſu-
perbos mente cordis ſui. 13. Depoſuit potentes
de ſede, & exaltauit humiles. 14. Eſurientes im-
pleuit bonis: & diuites dimiſit inanes. 15. Suſce-
pit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ
ſuæ. Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham,
& ſemini eius in ſæcula. 16. Manſit autem Maria
cum illa quaſi menſibus tribus: & reuerſa eſt in
domum ſuam.

Naſcitur Ioannes: Zacharias recepta ui loquendi laudat Deum. Luc. 1.

MYSTERIVM 5.

1 ELiſabeth autem impletum eſt tempus pa-
riendi, & peperit filium. 2. Et audierunt vi-
cini, & cognati eius; quia magnificauit Dominus
miſericordiam ſuam cum illa, & congratulaban-
tur ei. 3. Et factum eſt in die octauo, venerunt
circum-

circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. 4. Et reſpondens mater eius, dixit: Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes. 5. Et dixerunt ad illam: Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. 6. Innuebant autem Patri eius, quem vellet vocari eum. 7. Et poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. 8. Apertum eſt autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. 9. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia mõtana Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc. 10. Et poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cum illo. 11. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto: & prophetauit dicens: 12. Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ: 13. Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui. 14. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum eius: 15. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium, qui oderunt nos: 16. Ad faciendam miſericordiã cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti. 17. Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham Patrem noſtrum, daturum ſe nobis: 18. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi: 19. In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris: 20. Et tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius: 21. Ad dãdam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem

peccatorum eorum; 22. Per viſcera miſericor-
diæ Dei noſtri; in quibus viſitauit nos, oriens
ex alto; 23. Illuminare his, qui in tenebris, & in
vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pedes no-
ſtros in viam pacis. 24. Puer autem creſcebat, &
confortabatur ſpiritu; & erat in deſertis vſque
in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

Texitur à Matthæo Genealogia Christi, & Angelus Ioſepho exponit ſacrum Virginis conceptum. Matth. 1.

MYSTERIVM 6.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid,
filij Abraham. 2 Abrahā genuit Iſaac. Iſaac
autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudam, &
fratres eius. 3 Iudas autem genuit Phares, & Za-
ram de Tamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron
autem genuit Aram. 4 Aram autem genuit Ami-
nadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon
autē genuit Salmon. 5. Salmon autē genuit Booz
de Rahab. Booz autē genuit Obed ex Ruth. Obed
autem genuit Ieſſe. Ieſſe autē genuit Dauid Regē.
6. Dauid autem Rex genuit Salomonē ex ea, quæ
fuit Vriæ. 7. Salomon autem genuit Roboam. Ro-
boam autem genuit Abiā. Abias autē genuit Aſa.
8. Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem
genuit Ioram. Ioram autē genuit Oziam. 9. Ozias
autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit
Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. 10. Eze-
chias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem

genuit

Digitized by Google

genuit Amon. Amon autẽ genuit Ioſiã. 11. Ioſias autẽ genuit Iechoniam, & fratres eius in trãſmigratione Babylonis. 12. Et poſt tranſmigrationẽ Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. 13. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. 14. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. 15. Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. 16. Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. 17. Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid, vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim. 18. Chriſti autem generatio ſic erat. Cum eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. 19. Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. 20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph Fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. 21. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. 22. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: &

Digitized by Google

vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt inter-
pretatum nobiſcum Deus. 23. Exurgens autem
Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus
Domini, & accepit coniugem ſuam. 24. & non co-
gnoſcebat eam donec peperit filium ſuum pri-
mogenitum; & vocauit nomen eius Ieſum.

Naſcitur Chriſtus in Bethlehem. Luc. 2.

MYSTERIVM 7.

1 FActum eſt autem in diebus illis, exijt edictũ
à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuer-
ſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à Præ-
ſide Syriæ Cyrino: & ibant omnes, vt profiteren-
tur ſinguli in ſuam Ciuitatem. 2. Aſcendit autem
& Ioſeph à Galilæa de Ciuitate Nazareth in Iu-
dæam in Ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethle-
hem: eo quòd eſſet de domo, & familia Dauid, vt
profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore
prægnante. 3. Factum eſt autem, cum eſſent ibi,
impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuũ
primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclina-
uit eum in præſepio: quia non erat ei locus in
diuerſorio.

Paſtoribus indicatur. Luc. 2.

MYSTERIVM 8.

1 ET paſtores erant in Regione eadẽ vigilan-
tes, & cuſtodiẽtes vigilias noctis ſuper gre-
gem

gem ſuum. 2. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta
illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timue-
runt timore magno. 3. Et dixit illis Angelus: No-
lite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiũ
magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt
vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus
in Ciuitate Dauid. 4. Et hoc vobis ſignum: inue-
nietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in
pręſepio. 5. Et ſubito facta eſt cum Angelo multi-
tudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicē-
tium. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax ho-
minibus bonæ voluntatis. 6. Et factum eſt, vt di-
ſceſſerunt ab eis Angeli in Cælum: paſtores lo-
quebantur ad inuicem: tranſeamus vſque Beth-
lehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt,
quod Dominus oſtendit nobis. 7. & venerunt fe-
ſtinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & in-
fantem poſitum in præſepio. 8. Videntes autem
cognouerunt de Verbo, quod dictum erat illis
de puero hoc. 9. & omnes, qui audierunt, mirati
ſunt: & de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad ip-
ſos. 10. Maria autem conſeruabat omnia verba
hæc, conferens in corde ſuo. 11. Et reuerſi ſunt pa-
ſtores glorificātes, & laudantes Deũ in omnibus,
quæ audierant, & viderant, ſicut dictũ eſt ad illos.

Circumciditur, & vocatur Ieſus. Luc. 2.

MYSTERIVM 9.

1 ET poſt quam conſummati ſunt dies octo vt
circumcideretur puer: vocatum eſt nomen
eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo prius
quam in vtero conciperetur.

Digitized by Google

Stella duce inuentus à Magis adoratur. Matt.2.

MYSTERIVM 10.

1 CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem
Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi
ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: vbi
eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ? vidimus enim ſtel-
lã eius in Oriente, & venimus adorare eũ. 2. Au-
diens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis
Ieroſolyma cum illo. 3. Et congregans omnes
principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſci-
tabatur vbi Chriſtus naſceretur. 4. At illi dixerũt
ei: in Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per
Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequa-
quam minima es in principibus Iuda: ex te enim
exiet dux, qui regat populum meũ Iſrael. 5. Tũc
Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit
ab eis tempus ſtellę, quæ apparuit eis: & mittens
illos in Bethlehem dixit: Ite, & interrogate dili-
genter de puero: Et cum inueneritis, renuncia-
te mihi, vt & ego veniens adorem eum. 6. Qui
cum audiſſent Regem abierunt: & ecce ſtella,
quam viderant in Oriente, antecedebat eos,
vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Vi-
dentes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno
valde. 7. Et intrantes domum, inuenerũt puerum
cum Maria matre eius, & procidentes adoraue-
runt eum. 8. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt
ei munera, Aurum, Thus, & Myrrham. 9. Et re-
ſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ,
per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

In

In Templo ſiſtitur Domino: A Simeone, & Anna agnoſcitur. Luc. 2. Matth. 2.

MYSTERIVM 11.

1 MAtth. Qui cum receſſiſſent. *Luc.* & poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: quia omne maſculinum adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur. & vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. 2. Et ecce homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo, & reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. 3. Et venit in Spiritu in Templum. Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace. 4. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. 5. Et erat Pater eius, & Mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: 6. & dixit ad Mariam Matrem eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſur-

rectionem multorum in Iſrael: & in ſignum, cui contradicetur: & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. 7. Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de Tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſque ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die. 8. Et hæc, ipſa hora ſuperueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael.

Fugit in Aegyptum, & inde reuocatur.
Matth. 2. Luc. 2.

MYSTERIVM 12.

1 LVc. Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini. *Matth.* Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: ſurge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, & eſto ibi, vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 2. Qui conſurgens accepit puerum, & Matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum: & erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur: quod dictum eſt à Domino per prophetam, dicentem: ex Aegypto vocaui filium meum. 3. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erãt in Bethlehem, & in omnibus finibus

finibus eius à bimatu & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam dicẽtem: vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus multus: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. 4. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto, dicens: ſurge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. 5. Qui conſurgens, accpit puerum, & matrem eius, & venit in terram Iſrael; audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in Ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetas. Quoniam Nazaræus vocabitur.

Inuenitur in Templo inter Doctores: eiuſdemq; vita ab anno ætatis duodecimo vſque ad trigeſimum. Luc. 2.

MYSTERIVM 13.

1 REuerſi ſunt in Galilæam in Ciuitatem ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat, & confortabatur plenus ſapientia: & gratia Dei erat in illo. 2. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem, in die ſolemni Paſchæ. Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti,

feſti, conſumatiſq; diebus, cum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum. 3. Et factum eſt, poſt triduum inuenerũt illum in Templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſpõſis eius. 4. & videntes admirati ſunt, & dixit Mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. 5. Et ait ad illos: quid eſt quòd me quærebatis? Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? & ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos. 6. & deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. 7. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.

MYSTE-

MYSTERIA SECVNDI TEMPORIS.

De Paſſione à Septuageſima vſque ad Paſcha.

Iudas de prodendo Domino cum Principibus Sacerdotum paciſcitur. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

MYSTERIVM I.

1 L*Vc.* Appropinquabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha. *Marc.* Erat autem Paſcha, & azyma poſt biduum. *Matth.* Et factum eſt: cũ conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: ſcitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.
2. Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & cõcilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. *Marc.* & quærebant ſummi Sacerdotes, & Scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. *Luc.* timebant verò plebẽ. *Matth.* dicebant autẽ non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.

Luc. Et quærebãt Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Ieſum interficeret: *Matt.* dicebant autem: non in die feſto, ne forte tumultusfieret in populo.

3. *Luc.* Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcariotes, vnum de duodecim.

Matth.

Matth. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad Principes Sacerdotum. *Luc.* Et locutus eſt cum Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, quemadmodum illũ traderet eis. *Matth.* Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? at illi conſtituerunt ei triginta argẽteos. *Luc.* Et gauiſi sũt, & pacti sũt pecuniam illi dare, & ſpopõdit. Et quærebat opportunitatem, vt traderet illum ſine turbis.

Luc. & abijt *Marc.* & Iudas Iſcariotes, vnus de duodecim abijt ad ſummos Sacerdotes, vt proderet eum illis.

Marc. qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. *Matth.* Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

Chriſtus Dominus Agnum Paſchalem cum Diſcipulis comedit. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22.

MYSTERIVM 2.

1 LVc. Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha. *Marc.* Et primo die azymorum quando Paſcha immolabãt, dicũt ei Diſcipuli: quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Paſcha?

Matt. prima autẽ die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?

2. *Matth.* at Ieſus dixit: ite in Ciuitatem ad quẽdam. *Luc.* & miſit Petrum, & Ioannem, dicens: euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus. At

illi dixerunt: vbi vis paremus? & dixit ad eos: ecce introeuntibus vobis in Ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: ſequimini eũ in domũ, in quã intrat, & dicetis Patrifamilias domus: dicit tibi Magiſter:

Marc. & mittit duos ex Diſcipulis ſuis, & dicit eis: ite in Ciuitatem: & occurret vobis homo lagenã aquæ baiulans, ſequimini eum: & quocunque introierit, dicite Domino Domus, quia Magiſter dicit.

Matth. & dicite ei: Magiſter dicit:

Matth. tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cũ Diſcipulis meis. *Luc.* vbi eſt diuerſoriũ, vbi Paſcha cũ Diſcipulis meis mancucẽ? & ipſe oſtendet vobis cænaculum magnum ſtratum, & ibi parate

Marc. vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum Diſcipulis meis manducem? & ipſe vobis demonſtrabit cænaculum grande, ſtratum: & illic parate nobis.

Marc. Et abierunt Diſcipuli eius, & venerũt in Ciuitatem: & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha.

Luc. Euntes autem inuenerũt, ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha.

Matth. & fecerũt Diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha.

3. Veſpere autẽ facto venit cũ duodecim.

Veſpere autẽ facto diſcumbebat cum duodecim Diſcipulis ſuis.

Luc. & cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. Et ait illis: deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. 4. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei, & accepto Calice gratias egit, & dixit: accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis,

vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

Pedes Apoſtolorum abluit. Ioann. 13.

MYSTERIVM 3.

1 ANte diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 2. Et cœna facta, cū Diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotæ: ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe. deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. 3. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecū. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus, & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. & vos mundi eſtis, ſed non omnes. ſciebat enim: quis nam eſſet, qui traderet eum: propterea dixit: non eſtis mundi omnes. 4. Poſtquam ergò lauit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, cum recubuiſſet iterum,

dixit

dixit eis: ſcitis quid fecerim vobis? vos vocatis me, Magiſter, & Domine; & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo laui pedes veſtros, Dominus, & Magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita, & vos faciatis.

Inſtituit Sacroſanctam Eucharistiam. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

MYSTERIVM 4.

1. MAtth. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait: accipite, & comedite: *Luc.* Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meã commemorationem. *Matt.* & accipiens calicem. *Luc.* poſtquam cœnauit. *Matth.* gratias egit: & dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes. *Marc.* & biberũt ex illo omnes. *Matth.* hic eſt enim Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Luc. & accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens. *Marc.* & manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, ac dedit eis, & ait: ſumite, hoc eſt corpus meũ. *Luc.* Similiter, & calicẽ. *Marc.* & accepto calice, gratias agens dedit eis: *Luc.* dicẽs, hic eſt calix nouũ Teſtamentũ in sãguine meo, qui pro vobis fundetur. *Mar.* & ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur.

2. Dico autem vobis non bibã amodò de hoc genimi-

Marc. Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibne vi-

ne vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in Regno Patris mei.

bam nouum in in Regno Dei.

Iudas proditor notatur, & egreditur. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 13.

MYSTERIVM 5.

1 I*Oann.* Amen dico vobis: non eſt ſeruus maior Domino ſuo: neque Apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum. 2. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim; ſed vt adimpleatur Scriptura: qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum ſuũ. Amodo dico vobis, prius quam fiat; vt cum factum fuerit, credatis, quia ego ſum. 3. Amen, amen dico vobis: qui accipit ſi quem miſero, me accipit; qui autem me accipit, accipit eum, qui me miſit. 4. Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbarus eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt. *Marc.* & diſcumbentibus eis, & manducantibus, ait Ieſus: *Luc.* Verumtamen ecce manus tradentis me, mecũ eſt in mēſa. *Ioann.* Amen, amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. *Marc.*

Matth. & edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt. *Ioann.* & dixit: *Marc.* Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.

qui manducat mecum. *Ioann.* Aſpiciebant ergò ad inuicem Diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. *Marc.* At illi cœperunt contriſtari. *Matth.* & cō-

Marc. & dicere ei ſingulatim: Nũquid ego? Qui ait il-

triſtati

triſtati valde, cœperūt ſinguli dicere: Nūquid ego ſum Domine? At ipſe reſpondēs, ait: qui intingit mecum manū in paropſide, hic me tradet. Filius quidē hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: Vę autē homini illi, per quē filius hominis tradetur:

lis: vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur, bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. *Luc.* Et quidem filius hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur.

bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. *Luc.* & ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. 5. *Ioann.* erat ergò recumbens vnus ex Diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergò huic Simon Petrus: & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit? itaque cū recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpondit Ieſus: ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panē, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. & poſt buccellam introiuit in eum Satanas. Et dixit ei Ieſus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus: eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret. 6. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox: cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis: & Deus clarifica-

tus eſt in eo: ſi Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo: & continuò clarificabit eum.

Chriſtus Dominus ſedat contentionem Diſcipulorum de primatu; eorumq; diſſipationem, & fugam. Petri negationem, & ſe in Galilaeam videndum prædixit.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 13.

MYSTERIVM 6.

1 L*Vc.* facta eſt autem, & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat: 2. vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper mẽſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael 3. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquãdo cõuerſus cõfirma tuos fratres. 4. *Ioann.* Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. quæretis me: & ſicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non poteſtis venire: & vobis dico modò. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos,

vt &

vt & vos diligatis inuicē. In hoc cognoſcent omnes, quia Diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. 5. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Reſpondit Ieſus: quò ego vado, non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſteà. Dicit ei Petrus: quare non poſſum te ſequi modò? animam meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus: animam tuam pro me pones? *Luc.* Qui dixit ei: Domine, tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire. *Matth.* Tunc dicit illis Ieſus: omnes vos ſcandalū patiemini in me, in iſta nocte; ſcriptum eſt enim: percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. 6. Reſpondens autem Petrus, ait illi: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

Mar. Et ait eis Ieſus: omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt; percutiam paſtorem, & diſpergētur oues. Sed poſtquam reſurrexero præcedam vos in Galilæam.

Marc. Petrus autē ait illi: & ſi omnes ſcādalizati fuerint in te: ſed nō ego.

Marc. Et ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquam Gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: & ſi opportuerit me ſimul cōmori tibi, non te negabo: ſimiliter autē, & omnes dice-

Luc. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie Gallus, donec ter abneges noſſe me.

Ioann. Amen, amen dico tibi: non cātabit Gallus, donec ter me neges. *Matth.* Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, ante quam Gallus cātet, ter me negabis. Ait illi Petrus: etiā ſi opportuerit me mori te-

bant. 7. *Luc.* & dixit eis: Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt; Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram; & qui nõ habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladiũ. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: & cum iniquis deputatus eſt: etenim ea, quę ſunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: ſatis eſt.

cum, non te negabo. ſimiliter, & omnes Diſcipuli dixerunt,

Prima Pars Sermonis à Cœna. Ioann. 14.

MYSTERIVM 7.

1 NOn turbetur cor veſtrũ. Creditis in Deũ; & in me credite. 2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. ſi quò minus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. & quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis. 3 Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis: & quò modo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique cognouiſſetis: & amodò cognoſcetis eum, & vidiſtis eũ. 4 Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis

me?

me? Philippe, qui videt me, videt & Patrē. Quomodo tu dicis: oſtende nobis Patrem? Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? alioquin propter opera ipſa credite. 5. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. & quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 6. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcū in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. 7 Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt: vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 8. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. 9. Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis te ipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & māſionem apud eum faciemus:

qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius, qui miſit me, Patris. 10. Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcũque dixero vobis. 11. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. 12. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis: vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. 13. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.

Eiuſdem Pars altera. Ioann. 15.

MYSTERIVM 8.

1 EGo ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. 2. Iam vos mundi eſtis propter ſermonẽ, quem locutus ſum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo,

in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil
poteſtis facere. 3 Si quis in me non mãſerit; mit-
tetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent
eum, & in ignem mittent, & ardet. 4. Si manſeri-
tis in me, & verba mea in vobis manſerint: quod-
cumque volueritis petetis, & fiet vobis. 5. In hoc
clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum
afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. 6. Sicut dile-
xit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dile-
ctione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, mane-
bitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei
præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.
7. Hæc locutus ſum vobis: vt gaudium meum in
vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. 8. Hoc
eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut
dilexi vos. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet,
vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis. 9. Vos
amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vo-
bis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus ne-
ſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi
amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre
meo, nota feci vobis. 10. Non vos me elegiſtis;
ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum
afferatis; & fructus veſter maneat: vt quodcunque
petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc
mando vobis, vt diligatis inuicem. 11. Si mundus
vos odit: ſcitote quia me priorẽ vobis odio ha-
buit. Si de mundo fuiſſetis: mundus, quod ſuum
erat, diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed
ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mũ-
dus. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi
vobis, non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Si me

perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt,& veſtrum ſeruabunt. Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum: quia neſciunt eum, qui miſit me. 12. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit,& Patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderũt, & oderunt & me, & Patrem meum. Sed vt adimpleatur ſermo, qui in lege eorũ ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis. 13. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me: & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

Eiuſdem Pars vltima. Ioann. 16.

MYSTERIVM 9.

1 HÆc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus ſum vobis: vt, cũ venerit hora eorũ, reminiſcamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram.
2. Et nunc vado ad eum, qui miſit me; & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.

-ſtrum. Sed ego veritatem dico vobis:expedit vobis,vt ego vadam,ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos.3. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me: de iuſtitia verò: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me:de iudicio autem:quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.4.Adhuc multa habeo vobis dicere;ſed non poteſtis portare modo, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt annũciabit vobis.5.Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet,& annuntiabit vobis. 6. Modicum,& iam non videbitis me: & iterũ modicum,& videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergò ex diſcipulis eius ad inuicem: quid eſt hoc,quod dicit nobis. Modicum,& non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me,& quia vado ad Patrem? dicebant ergo. Quid eſt hoc,quod dicit,modicum? neſcimus quid loquitur:cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare,& dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum,& non videbitis me: & iterũ modicum,& videbitis me. Amen,amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autẽ gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Mulier cum parit, triſtitiam habet,quia venit hora eius: cùm autem

Digitized by Google

peperit puerum, iam non meminit præſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. 7. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum 8. Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exiui. 9. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. 10. Dicunt ei Diſcipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exiſti. 11. Reſpondit eis Ieſus: Modo creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis, & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. 12. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis: ſed confidite: ego vici mundum.

Preces

Præces Chriſti ad Patrem pro ſe, Diſcipulis, & omnibus in ipſum credituris. Ioann. 17.

MYSTERIVM 10.

1 HÆc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis oculis in Cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatē omnis carnis, vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam. 2. Hæc eſt autē vita æterna: vt cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 3. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quā habui priuſquam mundus eſſet, apud te. 4. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuū ſeruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia, quæ dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me miſiſti. 5. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi; quia tui ſunt: & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis: & iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. 6. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos. Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis,

nis, vt Scriptura impleatur. 7. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. 8. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. 9. Sanctifica eos in veritate. ſermo tuus veritas eſt, ſicut tu me miſiſti in mundum. & ego miſi eos in mundum. & pro eis ego ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. 10. Non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus, quia tu me miſiſti. & ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. 11. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. 12. Pater iuſte, mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti. & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Venit

Digitized by Google

Venit in hortum Gethſemani, ter orat, capitur.
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioann. 18.

MYSTERIVM 11.

1 IOann. Hæc cum dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cũ Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron. *Luc.* & egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montẽ Oliuarum. Secuti ſunt autẽ illũ, & diſcipuli. *Matth.* Tunc venit Ieſus cum illis in villã, quæ dicitur Gethſemani, *Ioan.* vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & Diſcipuli eius. *Luc.* & cum perueniſſet ad locũ, dixit illis. *Matth.* ſedete hic, donec vadam illuc, & orem. *Luc.* orate, ne intretis in tentationẽ. 2. *Matt.* & aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari, & mæſtus eſſe. *Marc.* pauere, & tædere. *Matth.* Tunc ait illis: triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſuſtinete hic, & vigilate mecum. 3. *Luc.* & ipſe àuulſus eſt ab eis, quantùm iactus eſt lapi-

Marc. & hymno dicto exierunt in montem oliuarũ. *Mar.* & veniunt in prędiũ, cui nomẽ Getſemani. & aït Diſcipulis ſuis. *Matt.* Et dixit Diſcipulis ſuis. *Mar.* Sedete hic donec orẽ. Et aſſumit Petrũ, & Iacobũ, & Ioãnem ſecum: & cœpit, *Marc.* & ait illis: triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ: ſuſtinete hic & vigilate. Et cũ proceſſiſſet paululũ. *Matt.* & progreſſus puſillũ procidit. *Matt.* orãs, & dicẽs Pater mi. *Matt.* verũtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. & venit ad Diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormiẽtes. *Marc.* trãſfer calicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu. & venit, & inuenit eos dormientes. *Marc.* Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro verò infirma: & iterum abiens, orauit eun-

dis:

dis : & poſitis genibus. *Marc.* procidit ſuper terram. *Matth.* in faciē ſuā : *Marc.* & orabat, vt ſi fieri

dem ſermonem dicens: & reuerſus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati.

poſſet, tranſiret ab eo hora : & dixit: Abba Pater, *Matth.* ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. *Marc.* Omnia tibi poſſibilia ſunt. *Luc.* Pater ſi vis, transfer calicem iſtum à me: verumtamen nō mea voluntas, ſed tua fiat. 4. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormiētes præ triſtitia. Et ait illis: Quid dormitis ? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. *Marc.* & ait Petro: Simon, dormis ? Non potuiſti vna hora vigilare? *Matth.* Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum ? vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem : ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundò abijt, & orauit, dicens : Pater, mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati : *Marc.* & ignorabant quid reſponderent ei. 5. *Matth.* & relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò, eumdem ſermonem dicens. *Luc.* Apparuit autem illi Angelus de Cælo, confortans eum: & factus in agonia, prolixius orabat : & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. 6. *Matth.* tunc venit ad Diſcipulos ſuos, & dicit illis : Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in ma-

Mar. & venit tertiò, & ait illis: dormite iam, & requieſcite, ſufficit: venit hora: ecce filius hominis tradetur in ma-

nus

nus peccatorum : ſurgite eamus : ecce appropinquauit, qui me tradet.

nus peccatorum: ſurgite, eamus : ecce qui me tradet, prope eſt.

7. *Ioann.* Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum Diſcipulis ſuis. Iudas ergò, cũ accepiſſet cohortem, & à Pontificibus, & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

Marc. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iſcariotes, vnus de duodecim, & cum eo turba multa cũ gladijs, & lignis, à sũmis Sacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus. 8. Dederat autem traditor eius ſignũ eis, dicens: Quemcũque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ, & ducite cautè. *Luc.* Et qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. *Matth.* Et confeſtim accedẽs ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum. Dixitq; illi Ieſus: Amice, ad quid veniſti? *Luc.* Iuda oſculo filium hominis tradis?

Luc. Adhuc eo loquente, ecce turba: *Matt.* Adhuc eo loquente, ecce Iudàs vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fuſtibus, miſſi à Principibus Sacerdotũ, & ſenioribus populi. Qui autẽ tradidit eũ, dedit illis ſignũ, dicens: quẽcumq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ. *Marc.* Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait: Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum. *Luc.* Ieſus autem dixit illi,

9. *Ioann.* Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis:

ego

ego ſum: abierũt retrorſum,& ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergò me quæritis, ſinite hos abire, vt impleretur ſermo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. 10. *Matth.* Tũc acceſſerunt,& manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerũt eum 11. *Luc.* Videntes autem hi, qui circa ipſum erãt, quod futurum erat, dixerũt ei: Domine, ſi percutimus in gladio? *Matth.* & ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu. *Ioann.* Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percuſſit Pontificis ſeruum: & abſcidit auriculam eius dexteram: erat autem nomen ſeruo Malchus. *Luc.* Reſpondens autem Ieſus, ait: ſinite vſque huc: & cum tetigiſſet auriculã eius, ſanauit eum. *Ioan.* Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. *Matth.* Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio perihunt. *Ioann.* calicem, quẽ dedit mihi Pater, non bibam illum? *Matth.* An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum? quomodo ergò implebuntur Scripturæ, quia

Mar. At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eũ. Vnus autem quidã de circumſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruũ ſummi Sacerdotis: & amputauit illi auriculam. *Luc.* & percuſſit vnus ex illis ſeruum Principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. *Matth* Extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis Sacerdotũ amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: cõuerte gladiũ tuum in locũ ſuũ.

quia ſic oportet fieri? 12. In illa hora dixit Ieſus turbis. *Luc.* Ad eos, qui venerant ad ſe, Principes Sacerdotiū, & Magiſtratus tēpli, & ſeniores. *Matth.* Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus cōprehendere me: quotidie apud vos ſedebam, docens in templo, & nō me tenuiſtis. *Luc.* Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. *Matth.* hoc autem totum factū eſt, vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. 13. *Marc.* tunc Diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo; & tenuerunt eum. at ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis.

Luc. Dixit autem Ieſus. *Mar.* Et reſpōdens Ieſus ait illis: tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. *Luc.* Quaſi ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus: cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. *Marc.* ſed vt impleantur Scripturæ. *Matth.* Tunc Diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

Ad Annam ducitur, inde ad Caipham, vbi iudicatur: & illuditur, & Petrus eum ſibi cognitum negat. Inde etiam Dominus ad Pilatum ducitur. Iudas laqueo ſe ſuſpendit.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioann. 18. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

MYSTERIVM 12.

1 IOann. Cohors ergo, & Tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt

perunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui cõſilium dederat Iudæis: quia expedit, vnum hominem mori pro populo. 2. *Matth.* At illi tenentes Ieſum duxerunt ad Caipham Principem Sacerdotũ, vbi Scribæ, & ſeniores conuenerant. *Marc.* Et conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & ſeniores. *Ioann.* Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius Diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Põtifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergò Diſcipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ: & introduxit Petrum. *Mar.* vſque intro in atrium ſummi Sacerdotis. *Luc.* Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. *Marc.* Et ſedebat cum Miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe. *Matth.* Vt videret finem. 3. *Ioann.* Pontifex ergo interrogauit Ieſum de Diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum Mundo: Ego ſemper docui in Synagoga, & in Templo, quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? interroga

Marc. & adduxerunt Ieſum ad ſummum Sacerdotem: *Luc.* Cõprehendentes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum: Petrus verò ſequebatur à longè. Accenſo autem igne in medio atrij, & circũſedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorum. *Matth.* Petrus autem ſequebatur eum à lõgè, vſque in atriũ Principis Sacerdotum. Et ingreſſus intrò, ſedebat cũ Miniſtris. *Mar.* Petrus autem à longè ſecutus eſt eum.

roga eos, qui audierunt quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego. 4. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici? Reſpondit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? & miſit eũ Annas ligatum ad Caipham Pontificem. 5. *Matt.* Principes autẽ Sacerdotũ, & omne cõcilium quærebãt falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, vt eũ morti traderent; & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. *Marc.* Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia nõ erãt. *Matt.* Nouiſſimè autem venerũt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit: *Marc.* nos audiuimus eum dicentem. *Matt.* poſſum deſtruere Templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. *Marc.* Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & per triduum, aliud non manufactum, ædificabo. & non erat conueniens teſtimonium illorum. 6. Et exurgẽs ſummus Sacerdos in medium, interrogauit Ieſum, dicens: Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? ille autem tacebat, & nihil reſpõdit. Rurſum ſummus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Chriſtus Filius Dei Benedicti? *Matt.* Adiuro te

Mar. Sũmi verò Sacerdotes, & omne concilium quęrebãt aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebãt. *Marc.* Et quidam ſurgentes, falſum teſtimoniũ ferebãt aduerſus eũ, dicentes: quoniã.

Matth. Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quę iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem tacebat, & Princeps Sacerdotum ait illi:

ro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus Filius Dei: 7. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. *Marc.* Ego ſum: *Matth.* Verumtamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & veniẽtem in nubibus Cæli. 8. Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicẽs: blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur?

Marc. Ieſus autem dixit illi: *Marc.* Et videbitis filium hominis ſedẽtem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus Cæli. Summus autẽ Sacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait: Quid adhuc deſideramus teſtes? audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur?

Marc. Qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. *Matt.* At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. 9. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicẽtes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit? *Luc.* Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædẽtes.

Marc. Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza: & miniſtri alapis eum cædebant.

& velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis eſt, qui te percuſſit? & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. 10. *Marc.* Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi Sacerdotis: & cum vidiſſet Petrum calefacientẽ ſe, *Luc.* ſedẽtem ad lumen, &

Luc. Quem cũ vidiſſet Ancilla quædam, *Matt.* Petrus verò ſecum

eum fuiſſet intuita, dixit: Et hic cum illo erat. *Ioann.* dicit ergò Petro ancilla oſtiaria: numquid & tu ex Diſcipulis es hominis iſtius? *Matth.* & tu cum Ieſu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicẽs: Neſcio, quid dicis. *Ioan.* Nõ ſum.

debat foris in atrio: & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens; *Mar.* aſpicies illum, ait; & tu cum Ieſu Nazareno eras. At ille negauit dicẽs: *Io.* dicit ille *Luc.* At ille negauit eum dicẽs.

Luc. Mulier, non noui illum. *Marc.* neque ſcio, neque noui quid dicas. *Ioann.* Stabant autem ſerui, & miniſtri ad prunas: quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis, & Petrus ſtans, & calefaciens ſe: *Marc.* & exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. *Matth.* Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erãt ibi: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. *Ioan.* Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciẽs ſe: *Luc.* Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. *Matt.* Et iterũ negauit cum iuramento: quia non noui hominem. *Ioann.* & dixit, *Luc.* O Homo, non ſum. & interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidam affirmabat dicẽs: Verè & hic cũ illo erat: nam & Galilæus eſt. *Marc.* Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es: *Matt.* Nam & loquela tua ma-

Marc. Rurſus autẽ cum vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circumſtantibus: quia hic ex illis eſt. *Ioan.* dixerunt ergò ei: Nũquid & tu ex Diſcipulis eius es? *Marc.* At ille iterum negauit *Ioan.* negauit ille *Luc.* Petrus verò ait: *Mar.* Petrus vero ait: *Io.* Nõ ſum. *Mar.* Ille autẽ cœpit. *Matt.* & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuo Gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixe-

niſeſtum te facit: *Ioan.* dicit ei vnus ex ſeruis Pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: Nunne ego te vidi in horto cum illo? iterum ergò negauit Petrus: *Luc.* & ait Petrus: Homo neſcio quid dicis. *Matt.* Tunc cœpit deteſtari. *Marc.* anathematizare, & iurare: quia neſcio hominẽ iſtum, quẽ dicitis: *Luc.* Et continuò adhuc illo loquente cantauit Gallus. 11. Et cõuerſus Dominus reſpexit Petrũ. & recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia priuſquã Gallus cãtet, ter me negabis: & egreſſus foras Petrus fleuit amare. 12. Et vt factus eſt dies, conuenerũt ſeniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, *Marc.* Et confeſtim, mane conſilium facientes Summi Sacerdotes cũ ſenioribus, & Scribis, & vniuerſo concilio. *Matt.* Aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. 13. *Luc.* duxerunt illum in cõcilium ſuum, dicentes: Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem & interrogauero, nõ reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. dixerunt autẽ omnes: Tu ergò es filius Dei? qui ait: Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerũt: Quid adhuc deſideramus teſtimonium? ipſi enim audiuimus de ore eius. Et ſurgens omnis multitudo

rat Prius quã Gallus cãtet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare. *Io.* & ſtatim Gallus cãtauit *Mar.* & ſtatim Gallus iterũ cãtauit, & recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus: prius quam Gallus cantet bis, ter me negabis. & cœpit flere.

Matth. Mane autẽ facto, conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotũ, & ſeniores Populi.

tudo eorum. *Marc.* vincientes Ieſum. *Matt.* & vinctum. adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi.

Luc. Duxerunt illum ad Pilatum. *Marc.* Duxerunt, & tradiderunt Pilato.

14. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. & proiectis argenteis in Templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit. 15. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt, per Ieremiam Prophetam, dicentem: & acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

Accuſatur apud Pilatum, amandatur ad Herodem, à quo rurſus ad Pilatum tranſmittitur. Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Io. 18.

MYSTERIVM 13.

1 IOann. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt

manducaret Paſcha. 2. Exiuit ergò Pilatus ad eos foras, & dixit: quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, nō tibi tradidiſſemus eum. 3. Dixit ergò eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergò ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans, qua morte eſſet moriturus. 4. *Luc.* Cœperunt autem illum accuſare, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrā, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentē ſe Chriſtum Regem eſſe. 5. *Ioann.* Introiuit ergò iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, *Matt.* Ieſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum Præſes: *Ioann.* & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus: Numquid ego Iudæus ſum? gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: Quid feciſti? 6. Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mūdo eſſet Regnum meum, Miniſtri mei, vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nūc autem Regnum meum non eſt hinc. Dixit itàque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia Rex ſum, ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: omnis,

Mar. Et interrogauit eū Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille reſpōdens, ait illi. *Matth.* dicens. Tu es Rex Iudæorum? dicit illi Ieſus: Tu dicis. *Luc.* Pilatus autem interrogauit eū, dicens: Tu es Rex Iudæorum? at ille reſpondens ait. *Mar.* Tu dicis. *Luc.* Tu dicis.

omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? & cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo cauſam. 7. *Mar.* Et accuſabant eum Summi Sacerdotes in multis. *Matth.* Et cum accuſaretur à Principibus Sacerdotũ, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſum te dicũt teſtimonia?

Luc. Ait autem Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio cauſæ in hoc homine. *Mar.* Pilatus autẽ rurſum interrogauit eũ dicens. *Matt.* Et nó reſpondit; *Mar.* itaut miraretur Pilatus.

Marc. Non reſpondes quidquam? vide in quantis te accuſant. Ieſus autem amplius nihil reſpondit. *Matth.* ei ad vllum verbum, ita, vt miraretur Præſes vehementer. *Luc.* At illi inualeſcebant, dicentes: Commouet populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa, vſque huc. 8. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, ſi homo Galilæus eſſet: & vt cognouit, quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquód videre ab eo fieri: interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. 9. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt amici Herodes, & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant ad inuicem

uicem. 10. Pilatus autem conuocatis Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inueni in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis: ſed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei: emendatũ ergò illum dimittã.

Barabba dimiſſo, cæſus flagellis, & coronatus traditur affigendus Cruci. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

MYSTERIVM 14.

1 M*Atth.* Per diem autem ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent; habebat autẽ tũc vinctum inſignẽ, qui dicebatur Barabbas. *Mar.* Qui cũ ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidiũ. & cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis.

Luc. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtũ, vnum. *Mar.* Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petiſſent. erat autem qui dicebatur Barabbas. Pilatus autem reſpondit eis, & dixit.

Matt. congregatis ergo illis, dixit Pilatus: *Ioann.* Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergò dimittam vobis Regem Iudæorum? *Matth.* Quem vultis dimittã vobis: Barabbam, an Ieſum,

Marc. vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? ſciebat enim, quod per in-

qui

qui dicitur Chriſtus? *Marc.* ſciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum Summi Sacerdotes. *Matth.* Principes autem Sacerdotũ, & ſeniores. *Marc.* Concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. *Matth* perſuaſerũt populis, vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent. Reſpondens autem præſes, ait illis: quem vultis vobis de duobus dimitti? *Luc.* Exclamauit autẽ ſimul vniuerſa turba, dicens: *Ioann.* Non hũc, ſed. *Luc.* Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. *Io.* Erat autem Barabbas latro. *Luc.* Qui erat propter ſeditionem quamdam factam in ciuitate, & homicidium, miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. *Matth.* Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? dicunt omnes: Crucifigatur. *Luc.* At illi ſucclamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? nullã cauſam mortis inuenio in eo: corripiam ergò illum, & dimittam. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes, vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. *Matth.* At illi

uidiam tradidiſſent eũ. *Mar.* Pontifices autem concitauerunt turbã, vt magis Barabbam, dimitteret eis.

Ioan. Clamauerũt ergo rurſum omnes, dicentes: *Matt.* at illi dixerunt: Barabbam, dicit illis Pilatus. *Ioan.* Barabbam.

Mar. Pilatus autem, iterũ reſpondens, ait illis: Quid ergò vultis faciam Regi Iudæorum? at illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis? Quid enim mali fecit? *Matt.* Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? *Marc.* at illi magis clamabant.

illi

illi magis clamabant dicẽtes: Crucifigatur. *Mar.* crucifige eũ. 3. *Ioan.* Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum,& flagellauit, & 4. *Matth.* Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium. *Mar.* duxerunt eum in atrium prætorij,& *Matth.* congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem:& exuentes eũ, clamidem coccineam circumdederunt ei.& plectẽtes coronam de ſpinis,poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextra eius. *Ioan.* & veniebant ad eum. *Matt.*& genuflexo ante eum,illudebant ei. *Marc.*& cœperunt ſalutare eum. *Ioann.* & dicebant: Aue Rex Iudæorum: *Matth.*& expuentes in eum,acceperũt arundinem. *Marc.* & percutiebant caput eius arundine:& conſpuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. *Ioann.* & dabant ei alapas. 5. Exiuit ergò iterum Pilatus foras,& dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam: (Exiuit ergo Ieſus portãs coronam ſpineam,& purpureum veſtimentum) & dicit eis: Ecce Homo: 6. Cum ergo vidiſſent eum Pontifices,& Miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige,crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus,& ſecundùm legem debet mori, quia filium

Mar. Milites autem. *Io.* Milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circumdederũt eum. *Mar.* conuocant totam cohortem, & induũt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineã coronam. *Matt.* dicentes Aue Rex Iudæorũ *Marc.* Aue Rex Iudæorum. *Matth.* & percutiebant caput eius.

filium Dei ſe fecit. 7. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonē: magis timuit, & ingreſſus eſt prætorium iterum: & dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei: dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis, quia poteſtatē habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. 8. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicētes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cū audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro Tribunali, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex veſter. Illi autem clamabāt: Tolle, tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices: Non habemus Regem, niſi Cæſarem. 9. *Matth.* Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. 10. Vidēs autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 11. *Marc.* Pilatus autem, volens populo ſatisfacere, *Luc.* Adiudicauit fieri petitionem eorum. Di-

Luc. Et Pilatus.

miſit

miſit autem illis eum, qui propter homicidium, & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebãt. Ieſum verò tradidit voluntati eorum. *Ioann.* Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

Matth. Tunc dimiſit illis Barabbam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. *Marc.* dimiſit illis Barabbam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur.

Crucem deportat, eique, ad ſupplicij locum deductus, affigitur. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioann. 19.

MYSTERIVM 15.

1 IOann. Suſceperunt autẽ Ieſum. *Marc.* & poſtquam illuſerunt ei, exuerũt illum purpura; & induerunt eum veſtimẽtis ſuis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. *Ioann.* & baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locũ, Hæbraicè autem Golgotha. *Matth.* Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem: *Marc.* venientem de villa,

Matt. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum clamyde, & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent: *Ioan.* & eduxerunt. *Marc.* & angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum, vt tolleret crucem eius. *Luc.* & cũ ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenenſem, venientem de villa.

Patrem Alexandri, & Ruſi. *Matt.* Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. *Luc.* Et impoſuerũt illi crucem portare poſt Ieſum. 2. ſequebatur autem

tem

tem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus, dixit: Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus, dicent: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Tūc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos, & collibus: operite nos: quia, ſi in viridi ligno hæc faciūt, in arido quid fiet? ducebantur autem, & alij duo nequaquam cum eo, vt interficerentur. 3. *Marc.* & perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatū caluariæ locus, & dabant ei bibere mirrhatum vinū: *Matt.* cum felle miſtum, & cum guſtaſſet, noluit bibere. *Mar.* & non accepit. 4. *Luc.* & poſtquā venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eū. *Ioann.* & cum eo alios duos hinc, & hinc, mediū autem Ieſum. *Mar.* Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à ſiniſtris eius. Et impleta eſt Scriptura, quæ dicit: & cum iniquis reputatus eſt. *Ioan.* Scripſit autem, & titulū Pilatus: & poſuit ſuper Crucem. *Matth.* & impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: *Ioann.*

Matt. & venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluarię locus, & dederunt ei vinum bibere. *Ioan.* vbi crucifixerunt eum. *Matth.* tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. *Luc.* Et latrones: vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. *Marc.* & erat titulus cauſæ eius, inſcriptus: Rex Iudæorum. *Luc.* Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic eſt Rex Iudæorum. *Matth.* Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum.

Ioann. erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi Crucifixus eſt Ieſus: & erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergò Pilato Pontifices Iudæorum: noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. 4. *Luc.* Ieſus autem dicebat. Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. *Ioann.* Milites ergò cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerũt quatuor partes: vnicuique militi partem & tunicam. *Luc.* diuidentes verò veſtimenta eius, miſerũt ſortes. *Marc.* ſuper eis, quis quid tolleret *Ioann.* erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit, vt Scriptura impleretur, dicens: partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerũt ſortẽ; & milites quidem hæc fecerunt. *Matt.* & ſedentes ſeruabant eum. *Marc.* erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. 6. Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicẽtes: Vah qui deſtruis Templum Dei, & in tribus diebus reædificas: ſal-

Mar. & crucifigẽtes eũ, diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem. *Matt.* poſtquam autem Crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtiméta eius, ſortem mittentes: vt impleretur, quod dictum eſt per Prophetã dicentem, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Matth. prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah

uum

uum fac temetipſum deſcẽdens de Cruce. *Matt.* Si Filius Dei es, deſcẽde de Cruce. *Luc.* Et ſtabat populus ſpectans, & deridebant eum Principes cum eis, *Marc.* Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes, ad alterutrũ cum Scribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſe ipſum nõ poteſt ſaluum facere. Chriſtus Rex Iſrael deſcẽdat nunc de Cruce, vt videamus, & credamus.

qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum: *Matth.* Similiter & Principes Sacerdotũ illudẽtes cũ Scribis, & ſenioribus dicebãt: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluũ facere: Si Rex Iſrael eſt, deſcẽdat nũc de Cruce. *Luc.* Dicẽtes: Alios ſaluos fecit. *Mart.* & qui cum eo crucifixi erãt, cõuiciabantur ei.

Matt. & credimus ei: *Luc.* Se ſaluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. *Matth.* Confidit in Deo; liberet nunc, ſi vult eũ: dixit enim: quia filius Dei ſum. *Luc.* illudebãt autẽ ei, & milites accedẽtes, & acetũ offerentes ei, & dicẽtes: Si tu es Rex Iudæorum, ſaluũ te fac *Matt.* Id ipſum autẽ & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. *Luc.* Vnus autẽ de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicẽs: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es; & nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradiſo. 7. *Ioan.* Stabant autem iuxta Crucem Ieſu mater eius, & ſoror Matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vi-

diſſet ergo Ieſus Matrem,& Diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. deinde dicit Diſcipulo: Ecce Mater tua. & ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua. 8.

Luc. Erat autem ferè hora ſexta. *Mar.* & facta hora ſexta, tenebrę factę ſunt per totam terram, vſque in horam nonam: & hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens: Eloi, Eloi, lamma ſabactani? quod eſt interpretatũ: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? & quidã de circũſtantibus audiẽtes, dicebant: Ecce Eliam vocat. 9. *Ioan.* Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat poſitũ aceto plenum, illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerũt ori eius. *Matt.* Et continuò currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. *Marc.* dicens, Sinite, videamus, ſi veniat Elias

Matt. à ſexta autem hora, tenebræ factæ sũt ſuper vniuerſam terrã, vſque ad horam nonã. Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamma ſabactani? hoc eſt: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: Eliã vocat iſte. *Luc.* Et tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, vſque in horam nonam, & obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt medium. *Mar.* currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei. *Luc.* & clamans voce magna Ieſus. *Marc.* Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit. *Matt.* Emiſit ſpiritum. *Luc.* Expirauit.

ad deponendum eum. *Matt.* cæteri verò dicebãt: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. 10.

Ioann.

Ioann. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. *Matth.* Ieſus autem iterum clamans voce magna, *Luc.* ait: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum: & hæc dicens: *Ioann.* Et inclinato capite tradidit Spiritum. 11. *Matth.* Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ sūt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierāt, ſurrexerunt. Et exeūtes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerūt multis. 12. *Mar.* Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, *Luc.* Quod factum fuerat. *Marc.* Quia ſic clamans expiraſſet, *Luc.* glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iuſtus erat. *Mar.* Verè hic homo Filius Dei erat. *Matth.* Et qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum, viſo terræmotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iſte. *Luc.* Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur. 13. *Matth.* Erant autem ibi Mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph Mater, & Mater filiorum Zebedæi. *Marc.* Salome: & cum

Mar. & velum templi ſciſsū eſt in duo, à ſummo vſque deorſum.

Luc. Vidēs autem Centurio. *Matth.* Centurio autem, *Marc.* ait.

Mar. erant autem & mulieres de longè aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi Minoris, & Ioſeph Mater, &

Digitized by Google

eſſet in Galilæa; ſequebantur eum; & miniſtrabant ei, & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam: *Luc.* Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulieres, quæ ſecutæ eum erant à Galilæa: hæc videntes.

Latus demortui lancea militis aperitur, ſacrum Corpus ſepelitur honorifice. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioann. 19.

MYSTERIVM 16.

1 I*Oann.* Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat) vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato, (Erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui Crucifixus eſt cũ eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius. & ille ſcit, quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: Os nõ comminuetis ex eo. & iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerũt. Poſt hæc autem. 2. *Marc.* & cum iam ſerò eſſet factum (quia erat Paraſceue, quod eſt ante Sabbatũ) *Luc.* Ecce vir nomine Ioſeph, qui erat decurio, vir bonus,

Matt. Cum autem, ſero factum eſſet, venit quidem homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph, qui & ip-

& iu-

& iuſtus: hic nõ conſenſerat conſilio, & actibus eorũ, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe Regnũ Dei hic: *Mar.* Audacter introiuit ad Pilatũ, & *Ioan.* rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autẽ propter metũ Iudæorũ) vt tolleret corpus Ieſu. *Mar.* Pilatus autẽ mirabatur ſi iã obijſſet. & accerſito Cẽturione, interrogauit eũ, ſi iã mortuus eſſet. & cũ cognouiſſet à Cẽturione, donauit corpus Ioſeph. *Matt.* Tunc

ſe diſcipulus erat Ieſu. *Marc.* Venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis decurio, qui, & ipſe erat expectans Regnũ Dei, & *Matth.* hic acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu. *Marc.* petijt corpus Ieſu. *Luc.* acceſſit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu: *Io.* & permiſit Pilatus. *Marc.* Ioſeph autem. *Luc.* & depoſitũ inuoluit Syndone, & poſuit eum in monumento exciſo. *Matt.* inuoluit. *Marc.* Syndone, & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra.

Pilatus iuſſit reddi corpus. *Ioann.* Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. *Matth.* Et accepto corpore Ioſeph. *Marc.* mercatus Syndonem, & deponens eũ inuoluit. *Matt.* Illud in Syndone munda, & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. *Luc.* in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. *Ioann.* Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Acceperũt ergò corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autẽ in loco, vbi Crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo non dum quiſquam poſitus erat. Ibi ergò propter Paraſceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſue-

Digitized by Google

runt Ieſum. *Matth.* & aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abijt. Erat autem *Mar.* & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes contra Sepulcrum. *Marc.* Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebant vbi poneretur. *Luc.* Et dies erat paraſceues, & Sabbatum illucebat. Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt Monumentum, & quemadmodum poſitum erat Corpus eius. & reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta: & Sabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. 3. *Matth.* Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuem, conuenerunt Principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſque in diem tertium: ne forte veniant Diſcipuli eius, & furentur eum: & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore: Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.

MYSTE-

MYSTERIA TERTII TEMPORIS.

De Reſurrectione, Aſcenſione, & Pentecoſte, à Paſchate vſque ad Dominicam Sanctiſſimæ Trinitatis.

Reſurgit Chriſtus, & Mulieribus Angeli primò, deinde ipſe Dominus apparet.
Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24.
Ioann. 20.

MYSTERIVM 1.

1 M*att.* Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum. M*arc.* & cum tranſiſſet Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iã Sole. *Luc.* portantes, quæ parauerant, aromata. 2.

Luc. Vna autem Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum. *Ioann.* Vna autem Sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum.

M*att.* Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de Cælo: & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum: erat autem aſpectus eius ſicut fulgur: & veſtimentum eius ſicut nix. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. 3. M*arc.* Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem

pidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes viderunt reuolutum lapidē.
(erat quippe magnus valde) & introeuntes in monumentum viderũt iuuenem ſedētem in dextris, coopertũ ſtola candida, & obſtupuerunt. 4. *Matt.*

Ioan. Et vidit lapidē ſublatum à monumento. *Luc.* & inueneruũt lapidem reuolutum à monumento.

Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos; ſcio enim, quod Ieſum, qui Crucifixus eſt, quæritis: nō eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit. Venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus: & cito euntes, dicite Diſcipulis eius, quia ſurrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. *Marc.* Sicut dixit vobis. *Matth.* Ecce prædixi vobis. 5. *Luc.* Et ingreſſæ nō inuenerunt corpus Domini Ieſu. Et factum eſt, dum mente conſternatæ eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram; dixerunt ad illos: Quid quæritis viuentem cum mortuis? non eſt hic, ſed ſurrexit: recordamini qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc in Galilæa eſſet; dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſunt verborum eius. *Matth.* & exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare Diſcipulis eius. *Marc.*

Marc. Qui dicit illis: Nolite expaueſcere: Ieſũ quæritis Nazaræum, Crucifixum: ſurrexit, non eſt hic, ecce locus, vbi poſuerunt eum. Sed ite, dicite Diſcipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis.

inuaſerat

inuaſerat enim eas tremor, & pauor: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim. *Marc.* At illæ exeuntes, fugerũt de monumẽto: 6. *Luc.* Et regreſſæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus, Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentũ verba iſta: & non crediderunt illis. 7. *Ioann.* Cucurrit ergò, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium Diſcipulum, quem amabat Ieſus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius Diſcipulus, & venerunt ad monumentum. *Luc.* Petrus autẽ ſurgens cucurrit ad monumentũ: & procumbens vidit linteamina ſola poſita. Currebãt autem duo ſimul, & ille alius Diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumẽtum. & cum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum. & vidit linteamina poſita, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille Diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit: nondum enim ſciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis reſurgere. Abierũt ergò iterum Diſcipuli ad ſemetipſos: *Luc.* Et abijt ſecum mirans quod factum fuerat. 8. *Marc.* Surgens autem mane, prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua eiecerat

ſeptem

ſeptem Dæmonia. *Ioann.* Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis, ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? dicit eis: Quia tulerunt dominum meum: & neſcio vbi poſuerunt eum. 9. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? quem quæris? illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magiſter.) Dicit ei Ieſus: Noli me tangere; non dum enim aſcendi ad Patrem meũ: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrẽ veſtrum, Deum meũ, & Deum veſtrum. 10. *Matth.* Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. 11. Quæ cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt Principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerãt. Et congregati cum ſenioribus conſilio accepto, pecuniam copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia Diſcipuli eius nocte venerũt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus. & ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt,

Digitized by Google

runt, ſicut erant edocti. & diuulgatum eſt verbũ iſtud apud Iudæos, vſque in hodiernum diem.

12. *Ioann.* Venit Maria Magdalene annuntiãs Diſcipulis. *Mar.* His, qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus. *Ioann.* quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. *Marc.* Et illi audientes, quia viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.

Marc. illa vadens, nuntiauit.

Apparet duobus Diſcipulis euntibus in Emaus.
Marc. 16. Luc. 24.

MYSTERIVM 2.

1 M*Arc.* Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, eũtibus in villam. *Luc.* Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus, & ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant. 2. Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent: & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur, ne eũ agnoſcerent. Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? 3. Et reſpondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalẽ, & non cognouiſti, quæ facta ſunt in illa his diebus? quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & ſermone, coram Deo, & omni populo: & quo modo eum tradiderunt Summi Sacerdotes, & Principes noſtri in damnationem mortis, & cruciſixe-

cifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: & nũc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt, ſed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & nõ inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiã viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentum: & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non inuenerũt. 4. Et ipſe dixit ad eos: o ſtulti, & tardi corde ad credẽdum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ: non ne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriã ſuam? & incipiẽs à Moyſe, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Et appropinquauerũt caſtello. 5. quò ibãt: & ipſe ſe finxit longius ire. & coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam aduẽſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. 6. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerũt ad inuicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? 7. Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem. & inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant, dicentes: quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant, quæ geſta erant in via: & quo modo cognouerũt eũ in fractione panis. *Mar.* nec illis crediderunt.

Marc. & illi euntes nũciauerũt ceteris.

Oſten-

Oſtendit ſe primò Diſcipulis congregatis abſente Thoma. Luc. 24. Ioann. 20.

MYSTERIVM 3.

1 *IOann.* Cum ergo ſerò eſſet die illo, vna Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. *Luc.* Ego ſum, nolite timere. 2. cõturbati verò, & cõterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre, & dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate, & videte: quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere: & cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes. *Ioann.* & latus. Gauiſi ſunt ergo Diſcipuli, viſo Domino. *Luc.* Adhuc autem illis non credẽtibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerũt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. 3. *Ioan.* Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Luc. Dum autẽ hæc loquuntur, ſtetit Ieſus in medio eorũ, & dicit eis: Pax vobis.

Ioann. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus.

Iterum

Iterum ſe congregatis Diſcipulis videndum præbet, Thomamq; in fide confirmat. Ioan. 20.

MYSTERIVM 4.

1 THomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij Diſcipuli: vidimus Dominum. ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, non credam.
2. Et poſt dies octo, iterum erant Diſcipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.
3. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus: Dixit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati, qui non viderunt, & crediderunt.
4. Multa quidem, & alia ſigna fecit Ieſu in conſpectu Diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Apparet Diſcipulis ad mare Thyberiadis. Io. 21.

MYSTERIVM 5.

1 POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus Diſcipulis ad mare Thyberiadis: manifeſtauit autem

ſic:

ſic: Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex Diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum, & exierunt, & aſcenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. 2. Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt Diſcipuli, quia Ieſus eſt. Dixit ergo eis Ieſus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. 3. Dixit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem Diſcipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium. 4. Vt ergò deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem. Dixit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenam magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. 5. Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominus eſt. Et venit Ieſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter. Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus Diſcipulis ſuis, cum ſurrexiſſet à mortuis. 6. Cum ergo prandiſſent, dixit

Simon

Digitized by Google

Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te, dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? & contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me? & dixit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Dixit ei: Paſce oues meas. 7. Amen, amen dico tibi, cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. 8. Et cum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. Conuerſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in Cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine quis eſt, qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu: Domine hic autem quid? Dicit ei Ieſus: Sic enim volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me ſequere: Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quia Diſcipulus ille non moritur. & non dixit ei Ieſus: non moritur, ſed ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic eſt Diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. ſunt autem, & alia multa, quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

Apparet in monte Galilaea. Matth. 29. Marc. 16.

MYSTERIVM 6.

1 M*Atth.* Vndecim autem Diſcipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi conſtituerat illis Ieſus. & videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. 2. Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra. Euntes ergo. *Marc.* in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. *Matth.* Docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis: 3. *Marc.* Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo Dœmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit; ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. *Matth.* Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.

Marc. Et dixit eis: Euntes.

Digitized by Google

Vltimò apparet Diſcipulis recumbentibus, & Spiritum ſanctum promittit. Mar. 16. Luc. 26. Act. Apoſt. 1.

MYSTERIVM 7.

1 MARc. Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia ijs, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. 2. *Luc.* Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum; quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. 3. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt Scripturas, & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma. vos autem teſtes eſtis horum. 4. Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos. Vos autem ſedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. *Act.* 1. Quibus & præbuit ſe ipſum viuum poſt paſſionem ſuam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei, & cõueſcens, præcepit eis ab Ieroſolymis, ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Accipietis

pietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

Aſcendit in Cœlum. Marc.16.Luc.24. Ioann.21. Act. Apoſt.1.

MYSTERIVM 8.

1 LVc. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in Cælum. *Marc.* Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in Cælum. *Act. Apoſt.* 1. Et cum hæc dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. *Marc.* Et ſedet à dextris Dei. 2. *Act.* cumque intuerentur in Cælum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in Cælum? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in Cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in Cælum. 3. *Luc.* Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Ieruſalem. *Act.* Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam à monte, qui vocatur Olivueti, qui eſt iuxta Ieruſalem, Sabbati habens iter. *Luc.* Cum gaudio magno: & erant ſemper in templo, laudantes, & benedicentes Deum. Amen. *Act.* Et cum introiſſent in Cœnaculum, aſcenderunt vbi manebant Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Al-

 phæi,

phæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum Mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. Erat autem turba hominum ſimul, ferè centum viginti. *Ioann.* Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

Aduentus Spiritus ſancti. Act. 2. Marc. 16.

MYSTERIVM 9.

1 ET cum complerentur dies Pentecoſtes, erãt omnes pariter in eodem loco: & factus eſt repente de Cælo ſonus, tanquam aduenïẽtis ſpiritus vehementis, & impleuit totam domum vbi erant ſedentes. 2. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. 3. Et cœperũt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. *Marc.* 16. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

MYSTE-

De Vita, & Doctrina à Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis ad Aduentum.

Prædicat, & Baptizat Ioannes. Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.

MYSTERIVM 1.

1 *MArc.* Initium Euangelij Ieſu Chriſti, Filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. *Luc.* Anno autem quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudęã, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub Principibus Sacerdotũ Anna, & Caipha: factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannem, Zachariæ filium, in deſerto. 2. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro Sermonũ Iſaiæ Prophetæ. Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini: rectas facite ſemitas eius: omnis

Marc. In diebus autem illis, venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, &c. *Marc.* Fuit Ioannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum.

vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa: & aſpera in vias planas: & videbit omnis caro ſalutare Dei. *Matth.* dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cælorum. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. 3. Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre. 4. Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem; & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, *Luc.* Dicebat ad turbas, quę exibãt, vt baptizarẽtur ab ipſo. Genimina viperarum, quis oſtẽdit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere. Patrem habeamus Abrahã. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus

& erat Ioannes veſtitus pilis Cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas, & mel ſilueſtre edebat. *Mat.* Et egrediebatur ad eum omnes Iudæ e regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata ſua. *Matth.* Dixit eis. Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructũ dignum pœnitentię: & ne velitis dicere contra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iã enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. omnis ergo arbor, quæ nõ facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur.

de la-

de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & ignem mittetur. 5. Et interrogabant eſi turbæ, dicentes: Quid ego faciemus? reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam conſtitutum eſt vobis, faciatis. interrogabant autem eum, & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. 6. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: reſpondit Ioannes, dicens omnibus.

Matth. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare. *Mar.* Cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius. *Matth.* ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. cuius ventilabrũ in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem

Mar. Et prædicabat dicens: Venit fortior me poſt me: cuius. *Luc.* Ego autem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorũ eius: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni: cuius ventilabrũ in manu eius, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticũ in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Mar.* ego

comburet igni inextinguibi. li. *Luc.* Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo.

baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

Baptizatur à Ioanne Chriſtus, eiusq; genealogia ad Deum reuocatur. Matt. 3. Mar. 1. Luc. 3.

MYSTERIVM 2.

1 M*Arc.* Et factum eſt: in diebus illis venit Ieſus Nazareth Galilææ: *Matt.* in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicẽs: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? 2. Reſpõdens autem Ieſus, dixit ei. Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. tunc dimiſit eum. *Marc* Et baptizatus eſt à Ioanne in Iordane. 3. *Matth.* Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua, & ecce. *Luc.* Factum eſt autem, cũ baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante. *Matt.* Et ecce aperti ſunt ei Cæli; & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & veniẽtẽ ſuper ſe. Et ecce vox de Cælis dicens: *Luc.* Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. *Matth.* Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi

Matt. Tuuc venit Ieſus à Galilæa.

Mar. Et ſtatim aſcendens de aqua.

Luc. Apertum eſt Cælum; & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de Cælo facta eſt. *Marc.* Et vidit Cælos apertos, & Spiritum tamquam columbam de-

mihi complacui. 4. *Luc.* Et ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi annorum triginta, vt putabatur, Filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui

ſcendentem, & manẽtem in ipſo, & vox facta eſt de Cælis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.

fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthath, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phalegh, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lumech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoc, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Ieiunat,

Digitized by Google

Ieiunat, & tentatur in deſerto: Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.

MYSTERIVM 3.

1. LVc. Ieſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane: *Marc.* & ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum. *Matt.* Tunc Ieſus ductus eſt in deſertũ à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo. 2. *Marc.* Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana: eratq; cũ beſtiis. *Luc.* Et nihil manducauit in diebus illis. 3. *Matt.* Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt. Qui reſpondẽs dixit: ſcriptũ eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. 4. Tunc aſſumpſit eum Diabolus in

Luc. Et agebatur à Spiritu in deſertũ diebus quadraginta, & tentabatur à Diabolo.

Luc. Et conſummatis illis eſuriit. Dixit autem illi Diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. & reſpondit ad illum Ieſus: Scriptum eſt: quia non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo Dei.

Luc. Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc deorſum. Scriptũ eſt enim quòd Angelis ſuis mãdauit de te, vt conſeruent te: & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Et reſpondens Ieſus ait illi: dictũ eſt: Non tẽtabis Dominum Deum tuum. & duxit illum Diabolus in montẽ excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ. *Matt.* Et

Sanctam

Digitized by Google

Sanctam ciuitatē, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus: rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. 5. Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. *Luc.* In momento temporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hāc vniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt: & cui volo, do illa. Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia. *Matt.* Tunc dicit ei Ieſus. Vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerujes. Tunc reliquit eum Diabolus 6. *Luc.* Et conſummata omni tentatione, Diabolus receſſit ab illo, vſque ad tempus. *Matth.* Et ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

dixit ei: Hæc omnia tibi dabo ſi cadēs adoraueris me. *Luc.* Reſpondens Ieſus dixit illi: ſcriptum eſt; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Marc. Et Angeli miniſtrabant illi.

Ioannes de Chriſto teſtificatur. Ioann. 1.

MYSTERIVM 4.

1 IOannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,

mus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Moy-
ſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum
facta eſt. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus
Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. 2. Et
hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt
Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad
eum, vt interrogarent eũ: Tu quis es? Et confeſſus
eſt, & non negauit: & confeſſus eſt, quia non ſum
ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum: Quid er-
go? Elias es tu? & dixit: non ſum. Propheta es
tu? & reſpondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es,
vt reſponſum demus his, qui miſerunt nos? quid
dicis de te ipſo? Ait: Ego vox clamantis in de-
ſerto. Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias
Propheta. 3. Et qui miſſi fuerant, erant ex Phari-
ſæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid
ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias,
neque Propheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens:
Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſte-
tit, quem vos neſcitis. ipſe eſt, qui poſt me ventu-
rus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego nõ ſum
dignus, vt ſoluam eius corigiam calceamẽti. Hæc
in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat
Ioannes baptizans. 4. Altera die vidit Ioannes Ie-
ſum venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus Dei, ec-
ce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi:
poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia
prior me erat. Et ego neſciebam eum, ſed vt ma-
nifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua
baptizans. Et teſtimonium perhibuit Ioannes di-
cens: quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi co-
lumbam de Cælo, & manſit ſuper eum. Et ego ne-
ſciebam

ſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.

Demonſtratur à Ioanne Chriſtus, à primis quinque Diſcipulis agnoſcitur. Ioann. 1.

MYSTERIVM 5.

1 ALtera die iterum ſtabat Ioannes, & ex Diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei. 1. & audierunt eum duo Diſcipuli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum. 2. Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid queritis? qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum Magiſter) vbi habitas? dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud illum manſerunt die illo: hora autem erat quaſi decima. 3. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierãt à Ioanne, & ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam, (quod eſt interpretatum Chriſtus) & adduxit eum ad Ieſum. 4. intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus) 4. In craſtinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ, & Petri. Inuenit Philippus Na-

Digitized by Google

thanael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, inuenimus Ieſus filium Ioſeph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: à Nazareth, poteſt aliquid boni eſſe. Dicit ei Philippus. Veni, & vide. 6. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael: Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Nathanael: Et ait. Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael. 7. Reſpōdit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi: vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. & dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis Cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis.

Aquam conuertit in vinum. Ioann. 2.

MYSTERIVM 6.

1 ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileę: & erat Mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, & Diſcipuli eius ad nuptias. 2. Et deficiēte vino, dicit Mater eius Ieſu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus: Quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius Miniſtris: Quodcumque dixerit vobis, facite. 3. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulę metretas binas, vel ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua, & impleuerunt eas vſque ad ſummum, & dicit eis Ieſus: Haurite nunc, &

ferte

ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vnde eſſet, Miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam: vocat ſponſum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc. 4. hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ: & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius;

Vendentes in templo, & ementes eijcit. Ioan. 2.

MYSTERIVM 7.

1 POſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis diebus. Et prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymã: & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & numularios ſedentes. & cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque, & boues, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his, qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Recordati ſunt vero Diſcipuli eius, quia ſcriptũ eſt: zelus domus tuæ comedit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: quod ſignum oſtendis nobis, quia hęc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi: Quadraginta, & ſex

annis

Digitized by Google

annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt Diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ, & ſermoni, quem dixit Ieſus. 3. Cum autem eſſet Ieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius videntes ſigna eius, quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quod ipſe noſſet omnes, & quia opus non erat ei, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Sermonem habet cum Nicodemo. Ioan. 3.

MYSTERIVM 8.

1 ERat autem homo ex Phariſæis. Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. 2. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, nõ poteſt videre Regnum Dei. 3. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrem matris iterato introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus: Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi:

oportet

oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.
5. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis: ſi terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo. 6. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. 7.
Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. 8. Qui
credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine Vnigeniti Filij Dei. Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

Baptizat per Diſcipulos in Iudæa. Ioan. 3.

MYSTERIVM 9.

1 POſthæc venit Ieſus, & Diſcipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Aennon iuxta ſalim: quia aquæ erant multæ illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondũ enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem. 2. Facta eſt autem quæſtio ex Diſcipulis Ioannis cum Iudæis de Purificatione, & venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. 3. Reſpondit Ioãnes, & dixit: Non poteſt homo accipere quidquã, niſi ei datum fuerit de cælo: ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quod dixerim: Non ſum ego Chriſtus: ſed quia miſſus ſum ante illum. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletũ eſt, illũm oportet creſcere, me autẽ minui. 4. Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt, Et quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur: & teſtimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum. 5. Pater Diligit Filium: & omnia dedit in manu

eius:

Digitized by Google

eius: Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

Ioannes includitur in carcerem. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 3.

MYSTERIVM 10.

1 L*Vc.* Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia, &. *Matt.* Tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem. *Mar.* Propter Herodiadem vxorē Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. *Matt.* Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant. 2. *Marc.* Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. 3. Herodes enim metuebat Ioānem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

Chriſtus mulieri Samaritanæ ſe indicat. Matth. 4. Marc. 1. Ioann. 4.

MYSTERIVM 11.

1 M*Att.* Cum autem audiſſet Ieſus, quod Ioānes traditus eſſet: *Ioann.* Vt ergo cogno-

Digitized by Google

nit Ieſus, quia audierunt Phariſæi, quòd Ieſus plures Diſcipulos facit, & baptizat quam Ioannes, (quãquam Ieſus non baptizaret, ſed Diſcipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam.

Mar. Poſtquam traditus eſt: *Ioann.* venit Ieſus in Galilæam, *Matt.* ſeceſſit in Galilæam.

2. Oportebat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quę dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontẽ. 3. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam, dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. (Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerẽt,) Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. 4. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam? Numquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterũ: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nõ ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 5. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam: neque veniam huc haurire. Dicit ei Ieſus:

ſus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum: Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuiſti, & nunc, quem habes non eſt tuus vir: hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in mõte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. ſed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. 6. Dicit ei Mulier. Scio quia Meſſias venit: (qui dicitur Chriſtus) cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Ieſus. Ego ſum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt Diſcipuli eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum: 7. Interea rogabant eum Diſcipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Dicebant ergo Diſcipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit ei mãducare? Dicit eis Ieſus: Meus

cibus eſt, vt faciam volũtatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius. 8. Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt, qui metit. Ego miſi vos metere, quod non laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. 9. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimoniũ perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Cũ veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ vt ibi maneret. & manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eum propter ſermonem eius, & mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt vere Saluator mundi.

Ingreditur in Galilæam, prædicat pœnitentiam. fama eius diffunditur. Matt. 4. Mar. 1. Luc. 4. Ioann. 4.

MYSTERIVM 12.

1 IOann. Poſt duos autẽ dies exijt inde: & abijt in Galilæam. *Luc.* Et regreſſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus in Galilæam, *Marc.* Prædicans Euãgelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum

eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. 2. *Luc.* Et fama exijt per vniuerſam regionem de illo. *Matth.* Et relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Nephtalim: vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem, Galilææ gentium: Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. *Ioann.* Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia Propheta in ſua patria honorem non habet. 3. *Matth.* Exinde cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: Appropinquauit enim regnum cælorum. *Ioann.* Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cũ omnia vidiſſent, quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum. 4. *Luc.* Et ipſe docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Sanat filium Reguli. Ioann. 4.

MYSTERIVM 13.

1 VEnit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audiſſet quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. 2. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna, & prodi-

gia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit: Credidit homo ſermoni, quẽ dixit ei Ieſus, & ibat. 3. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes. Quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit: & credidit ipſe & domus eius tota. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus, cum veniſſet à Iudæa in Galilæam.

Vocauit à naui quatuor Diſcipulos: Illi ſequuntur. Matth. 4. Marc. 1. Luc. 5.

MYSTERIVM 14.

1 *Matth.* Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores) Et ait illis: Venite poſt me, & faciã vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres Iaco-

Mar. Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrẽ eius, mittentes retia in mare, (erant enim piſcatores) & dixit eis Ieſus: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eũ. Et progreſſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipſos cõ-

bum

bum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia ſua: & vocauit

ponentes retia in naui: & ſtatim vocauit illos; & relicto patre *Matt.* ſecuti ſunt eum.

eos. illi autem ſtatim relictis retibus, & patre *Marc.* ſuo Zebedæo in naui cum mercenarijs ſecuti ſunt eum. 2. *Luc.* Factum eſt autem, cũ turbæ irruerent in eum, vt audirent Verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth, & vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: Piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens docebat de nauicula turbas. 3. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cœpimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinẽ copioſam: rumpebatur autẽ rete eorum. Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piſcium, quam cœperant. Similiter autẽ Iacobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus: Noli timere: ex hoc iã homines eris capiẽs. Et ſubductis ad terrã nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eũ.

Sanat

Sanat in Synagoga Dæmoniacum.
Marc. 1. Luc. 4.

MYSTERIVM 15.

1 M*Ar.* Et ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim Sabbatis ingreſſus in Synagogam, docebat eos. Et ſtupebāt ſuper doctrina eius: erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ. 2. Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamauit, dicens: Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio quis ſis, ſanctus Dei. Et comminatus eſt ei Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi de homine. Et di-

Luc. Et deſcendit in Capharnaum ciuitatē Galilææ, ibique docebat illos Sabbatis. & ſtupebant in doctrina eius; quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna dicēs: Sine, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio quis ſis: ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. *Marc.* exijt ab eo.

ſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna *Luc.* Et cum proiecißet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illum nocuit. 3. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate, & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt. *Mar.* Et mirati ſunt omnes, ita vt conquirerēt inter ſe dicētes: Quidnam eſt hoc? Quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obe-

Digitized by Google

& obediunt ei. Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.

Socrus Simonis, & Aegroti multi ſanantur.
Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4.

MYSTERIVM 16.

1 MArc. Et protinus egredientes de Synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ, cum Iacobo, & Ioanne. Decumbebat autem Socrus Simonis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa. *Luc.* Et rogauerunt illum pro ea. *Marc.* Et accedens eleuauit eam, apprehenſa manu eius: *Luc.* Et imperauit febri: & dimiſit illã, & continuo ſurgens, miniſtrabat illis. 2. *Mar.* Veſpere autem facto cum occidiſſet ſol, afferebãt ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: *Matt.* Et eijciebat ſpiritus verbo; & omnes male habentes curauit. vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotationes noſtras portauit.

Luc. Surgens autem Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus: *Matt.* Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit Socrum eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis. *Luc.* Et ſtans ſuper illam. *Marc.* & continuo dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. *Matth.* Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: *Luc.* Cum autem ſol occidiſſet: omnes, qui habebant infirmos varijs lãguoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

tauit. *Marc.* Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. & curauit multos, qui vexabantur varijs lãguoribus, & dæmonia multa eijciebat. *Luc.* Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicẽtia: Quia tu es Filius Dei: & increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. 3. *Mar.* Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abijt in deſertum locum, ibiq; orabat. Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inueniſſent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. *Luc.* Et turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum. *Marc.* Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eijciens.

Mar. Et non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum. *Luc.* Facta autẽ die egreſſus ibat in deſertum locum.

Luc. Et erat prædicans in Synagogis Galilææ.

Reprehenduntur tres, qui non bene Chriſtum ſequi volebant. Matth. 8. Luc. 9.

MYSTERIVM 17.

1 M*Atth.* Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit ire trans fretum. *Luc.* Factum eſt autem: ambulantibus illis in via. *Matth.* Et accedens vnus Scriba, ait illi: Magiſter, ſequar te,

te, quocumque ieris. Et dicit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 2. *Luc.* ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem: *Matth.* Alius autem de Diſcipulis eius ait illi: Domine permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum. Ieſus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Luc.* Tu autem vade, & annuncia regnum Dei. 3. & ait alter: Sequar te Domine, ſed permitte mihi primũ renuntiare his, quæ domi ſunt. Ait ad illum Ieſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrũ, & reſpiciẽs retro, aptus eſt regno Dei.

Luc. Dixit quidã ad illum: Sequar te quocũque ieris. Dixit illi Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autẽ hominis non habet, vbi caput reclinet. *Luc.* Dixit: Domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. Dixitq; ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos:

Sedatur maris tempeſtas. Matt. 8. Mar. 4. Luc. 8.

MYSTERIVM 18.

1 L*Vc.* Factum eſt autem in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, *Matth.* Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eũ Diſcipuli eius: *Mar.* Et ait illis in illa die, cum ſero eſſet factum: Tranſeamus contra. *Luc.* Trans ſtagnum. Et aſcenderunt. 2. *Mar.* Et dimittentes turbã, aſſumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo: *Luc.* Et

Luc. Et Diſcipuli eius, & ait ad illos Tranſfretemus.

nauigan-

nauigantibus illis obdormiuit, *Matth.* Et ecce motus magnus factus eſt in mari. *Luc.* Et deſcendit procella venti in ſtagnum. M*ar.* Et fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. *Luc.* Et complebantur, & periclitabantur. M*atth.* Ita vt nauicula operiretur fluctibus, M*ar.* Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: 3. *Matt.* Et acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: M*ar.* Illi: Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus? M*at.* Domine ſalua nos, perimus. Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis, modicæ fidei? 4. *Luc.* At ille ſurgens, increpauit ventum, & tempeſtatẽ aquę, M*ar.* Et dixit mari: Tace, obmuteſce, & ceſſauit ventus: & facta eſt tranquillitas magna, & ait illis: Quid timidi eſtis? Nec dum habetis fidẽ? *Luc.* Vbi eſt fides veſtra? 5. *Matth.* Porrò homines mirati ſunt. M*arc.* Et timuerũt timore magno, & dicebant ad alterutrum. Quis, putas, eſt iſte, quia *Luc.* Et ventis, & mari imperat, & obediunt ei?

M*ar.* Et facta eſt procella magna venti.

Luc Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes: *Mar.* Et excitant eum, & dicunt illi. *Luc.* Præceptor perimus. M*att.* Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari, M*arc.* Et exurgens cõminatus eſt vẽto, *Matth.* Et facta eſt tranquillitas magna. *Luc.* Et ceſſauit: & facta eſt trãquillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra? qui timentes, mirati ſunt ad inuicem, dicentes: Quis putas hic eſt, quia. *Matth.* dicentes: Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei? M*ar.* Et ventus, & mare obediunt ei?

Sanatis

Sanatis duobus Dæmoniacis, dæmones in porcos ingreſſi, præcipitantur in mare.
Matt. 8. Mar. 5. Luc. 8.

MYSTERIVM 19.

1 L*Vc.* Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæam. *Marc.* Et venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum *Luc.* Et cum egreſſus eſſet ad terram, *Marc.* Statim occurrit de monumentis. *Luc.* illi, vir quidam, qui habebat dæmonium, iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, *Mar.* Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare; quoniam ſæpe compedibus, & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eũ domare. Et ſemper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus. Vidẽs autem Ieſum à lõge, cucurrit, & adorauit eũ: & clamãs voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum, ne me

Matt. Et cum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerũt ei duo habẽtes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viã illam. *Mar.* Et exeunti ei de naui, *Luc.* occurrit. *Marc.* homo in ſpiritu immundo. *Luc.* ſed in momimentis.

Luc. Is, vt vidit Ieſum procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te,

torqueas.

torqueas. *Luc.* Præcipiebat enim ſpiritui immundo, vt exiret ab homine. *Marc.* Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine. *Luc.* Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus, Et ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta. 2. Interrogauit autem illum Ieſus, dicens: *Marc.* Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus. *Luc.* Quia intrauerant dæmonia multa in eum. *Marc.* Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionẽ. *Luc.* Ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. *Marc.* Erat autem ibi circa montem grex porcorũ magnus, paſcens, & deprecabantur eum ſpiritus. *Luc.* vt permitteret eis in illos ingredi *Matt.* dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorũ. *Marc.* Vt in eos introeamus: Et cõceſſit eis ſtatim Ieſus. *Luc.* Exierunt ergo dæmonia ab homine, ne me torqueas. *Marc.* Et interrogabat eum: *Luc.* Quod tibi nomen eſt? At ille dixit; Legio: *Luc.* Et rogabant illũ. *Matt.* Erat autem non lõge ab illis grex multorum porcorum paſcens. Dæmones autẽ rogabãt eum, *Luc* Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcẽtiũ in monte: & rogabant eum, *Marc.* Dicẽtes: Mitte nos in porcos, *Luc.* Et permiſit illis, *Matth.* Et ait illis: ite. At illi exeũtes abierunt in porcos: & ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis. *Luc.* & intrauerũt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. quod vt viderunt factũ, qui paſcebant, fugerũt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in villas. Exierunt autẽ videre quod factum eſt, & venerũt ad Ieſum: & inuenerũt hominẽ ſedentẽ, à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, & timuerũt. *Luc.* Nũtiaue-

Marc.

Marc. & Exeuntes ſpiritus immundi introierũt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. 3. Qui autem paſcebant eos, fugerũt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. & egreſſi ſunt videre quid eſſet factum. Et veniũt ad Ieſum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur, ſedẽtem, veſtitum, & ſanæ mentis, *Luc.* Ad pedes eius, & timuerũt. *Mar.* Et narrauerũt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei, qui dæmonium

runt autem illis, & qui viderunt, *Matt.* Paſtores autem fugerunt: & veniẽtes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de eis, qui Dæmonia habuerant. *Mar.* Et rogare cœperunt eũ. *Luc.* & rogauerũt illũ. *Mar.* Vt diſcederet de finibus eorũ. *Luc.* Et rogabat illum vir, à quo Dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. *Mar.* Sed ait illi: vade in domum tuam. *Luc.* Et Narra, quanta tibi fecit Deus, & abijt per vniuerſam ciuitatem, prædicans, quãta illi feciſſet Ieſus.

habuerat, *Luc.* Quomodo ſanus factus eſſet à legione: *Mar.* Et de porcis. *Matt.* Et ecce tota ciuitas exijt obuiã Ieſu: & viſo eo rogabãt, *Luc.* Omnis multitudo regionis Geraſenorũ, vt diſcederet ab ipſis: *Matt.* Vt tranſiret à finibus eorum. *Luc.* Quia magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcẽdens nauim, reuerſus eſt. 4. *Mar.* Cũque aſcenderet nauim cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo, & non admiſit eũ. *Luc.* Dimiſit autem eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam. *Mar.* Ad tuos, & annũtia illis quãta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Digitized by Google

Sanatur Paralyticus per tegulas demiſſus.
Matt. 9. Mar. 5. & 2. Luc. 8. & 5.

MYSTERIVM 20.

1 MAtth. Et aſcendens in nauiculã, transfretauit, *Marc.* 5. Et cum tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſum, transfretum, conuenit turba multa ad eum: & erat circa mare. *Luc.* 8. Factum eſt autem cum rediiſſet Ieſus, excepit illum turba, erant enim omnes expectantes eum, *Marc.* Et iterum intrauit. *Matth.* Et venit in ciuitatem ſuam. *Mar.* Capharnaum poſt dies, & auditum eſt, quod in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. *Luc.* Et factum eſt in vna dierum: & ipſe ſedebat docens; & erant Phariſæi ſedentes, & legis Doctores, qui venerant ex omni caſtello Galileæ, & Iudeæ, & Ieruſalem: Et virtus Domini erat ad ſanandum eos. 2. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat Paralyticus: *Marc.* Qui à quatuor portabatur. *Luc.* Et quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrẽt præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & *Marc.* Nudauerũt tectum, vbi erat: & patefaciẽtes. *Luc.* Per tegulas ſubmiſerunt eum cũ lecto in me-

Marc. Et venerunt ad eum ferentes Paralyticum, *Matth.* Et ecce offerebant ei Paralyticum iacẽtem in lecto. *Marc.* Et cum non poſſent efferre eũ illi præ turba, nudauerunt tectum, vbi erat, ac patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. Cũ au-

dium

Digitized by Google

dium ante Ieſum. *Matth.* Et videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico: Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. 3. *Marc.* Erãt autem illic quidam de Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. *Luc.* Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? 4. *Mar.* Quo ſtatim cognito Ieſus, ſpiritu ſuo quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere Paralytico: Dimittũtur tibi peccata: an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait Paralytico, Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. 5. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato, abijt coram om-

tem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait Paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. *Luc.* Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Phariſæi, dicentes: *Matth.* Et ecce quidam de Scribis dixerũt intra ſe: Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: *Marc.* Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? *Matt.* Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula. *Luc.* Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorũ, reſpõdens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula? vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata; ait Paralytico. Tibi dico: Surge, Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim cõſurgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abijt. *Matth.* Vt autem

nibus. *Luc.* In domum ſuam, magnificans Deum. Et ſtupor apprehēdit omnes, & magnificabāt Deū. *Matth.* Qui dedit poteſtatem talem hominibus. *Luc.* Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. *Marc.* Nunquam ſic vidimus.

ſciatis, quia filius hominis poteſtatem habet in terra dimittēdi peccata, tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum. *Marc.* Ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: quia.

Vocatur Matthæus, Et diſputatur de Ieiunio cum Diſcipulis Ioannis, & Phariſæorum. Matth. 9. Luc. 5. Marc. 2.

MYSTERIVM 21.

1 M*Arc.* Et egreſſus rurſus ad mare: omniſq; turba veniebat ad eum, & docebat eos: *Matth.* Et cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominē ſedētem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. 2. *Luc.* Et relictis omnibus, ſurgēs ſecutus eſt eum, & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicano-

Luc. Et poſt hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui, ſedentē ad telonium, & ait illi: Sequere me. *Mar.* Et cum præteriret, vidit Leui Alphei ſedentē ad teloniū, & ait illi: Sequere me, & ſurgēs ſecutus eſt eū. *Matt.* Et ſurgens ſecutus eſt eum. *Marc.* Et factū eſt, cū accūberet in domo illius, multi publicani, & peccatores ſimul diſcumbebāt cū Ieſu, & Diſcipulis eius: *Matt.* Et vidētes Phariſæi, dicebant Diſcipulis eius: Quare cum Publicanis, & Peccatori-

rum

Digitized by Google

rum,& aliorum,qui cum illis erant diſcumbentes. *Matt.*Et factũ eſt diſcũbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcũbebant cum Ieſu, & Diſcipulis eius. *Mar.*Erant enim multi,qui & ſequebantur eum. 3. *Luc.* Et murmurabant Phariſæi, & Scribæ eorum. *Marc.* Et Scribæ,& Phariſæi videntes quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant Diſcipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit,Magiſter veſter? *Luc.* Quare cum publicanis, & peccatoribus, mãducatis,& bibitis. 4. Et reſpondens Ieſus, & dixit ad illos: Non egent, qui ſani ſunt,medico,ſed qui male habent. *Matt.* Euntes autẽ diſcite quid eſt: Miſericordiã volo, & nõ ſacrificium. Nõ enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. *Luc.* Ad Pænitentiam

bus manducat Magiſter veſter? *Luc.* Et dicentes ad Diſcipulos eius: *Matth.* At Ieſus audiens, ait: Nõ eſt opus valẽtibus medicus, ſed male habentibus. *Marc.* Hoc audito Ieſus ait illis: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent: nõ enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. *Luc.* Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam. *Marc.* Et veniunt, & dicunt illis: Quare Diſcipuli Ioãnis, & Phariſæorum ieiunant, tui autem Diſcipuli non ieiunãt? Et ait illis Ieſus. Numquid poſſunt filij nuptiarũ, quamdiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? *Matth.* Et ait illis Ieſus: *Mar.* Veniet autem dies, cum auferetur ab eis Sponſus: & tunc ieiunabunt in illis diebus: Nemo aſſumẽtum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum nouũ à veteri, & maior ſciſſura fit. *Marc.* Veniet autem dies, cum auferetur ab eis Sponſus: & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit cõmiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. *Marc.* Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum ef-

tentiam. 5. *Mar.* Et erant Diſcipuli Ioãnis, & Phariſæi ieiunantes. *Luc.* At illi dixerunt ad eũ: Quare Diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciũt, ſimiliter, & Phariſæorũ: tui autem edunt, & bibunt? *Matth.* Tunc acceſſerunt ad eum Diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter; Diſcipuli autẽ tui non ieiunant? *Luc.* Quibus ipſe ait: Numquid poteſtis filios Sponſi, dum cum illis eſt Sponſus, facere ieiunare? *Mar.* Quanto tempore habent ſecum Sponſum, nõ poſſunt ieiunare. *Matth.* Numquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt Sponſus? *Luc.* Venient autem dies; cũ ablatus fuerit ab illis Sponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Quia nemo commiſſurã à nouo veſtimento immittit in veſtimentum vetus: alioquin & nouũ rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo. *Matt.* Tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit. *Luc.* Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vetus, & ipſum effundetur, & vtres peribunt: Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt, & vtraque conſeruantur. Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum, dicit enim: Vetus melius eſt. *Mar.* Nemo vinum nouum mittit in vtres veteres, alioquin rumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribũt: ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. *Matth.* Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpũtur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.

Curatur Emorrhoiſſa, & filia Archiſynagogi excitatur à morte. Matt. 9. Mar. 5. Luc. 8.

MYSTERIVM 22.

1 M*Atth.* Hæc illo loquente ad eos *Luc.* Et ecce venit vir, cui nomẽ Iairus, & ipſe princeps Synagogę erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogãs eum, vt intraret in domũ eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. *Marc.* Et deprecabatur eum multum, dicẽs: Quoniam filia mea in extremis eſt, veni, impone manum ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat. 2. Et abijt cũ illo, & ſequebatur eũ turba multa, & comprimebant eum. Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis: & erogauerat omnia ſua, nec quidquã profecerat, ſed magis deterius habebat:

Marc. Et venit quidam de Archiſynagogis nomine Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, *Matth.* Ecce Princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & Diſcipuli eius. *Luc.* Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur, & mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari: *Matt.* Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, acceſſit retro; & tetigit fimbriam veſtimenti eius: dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimenentum eius ſalua ero. *Luc.* Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimẽti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius, &

bat: cum audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum eius: dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero, & confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga.
3. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam, aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea? *Luc.* Negantibus autem omnibus. Dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Dixit Ieſus: Tetigit me aliquis: nam ego noui virtutẽ de me exijſſe. *Mar.* Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. *Luc.* Videns autẽ mulier, quia non latuit. *Mar.* Timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnẽ veritatem. *Luc.* Ob quam ait Ieſus: Quis eſt, qui me tetigit? *Matth.* At Ieſus conuerſus, & *Marc.* Mulier vero. *Luc.* Tremens venit, & procidit ante pedes eius: & *Marc.* Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te ſaluam fecit: *Luc.* Filia, fides tua ſaluam te fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam ad Principem Synagogæ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua. *Luc.* Ieſus autem audito hoc verbo, reſpõdit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & ſalua erit; & cum veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quemquã, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & Patrem, & matrem puellæ. Flebat autem omnes, & plangebant illam: at ille dixit: Nolite flere, non eſt mortua puella, ſed dormit. & deridebant eum. *Matth.* Et cum veniſſet Ieſus in domum Principis, & vidiſſet tibicines, & turbã tumultuantem, dicebat: Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. & deridebant eum. Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius, & ſurrexit puella.

causſam

cauſam tetigerit eũ, indicauit coram omni populo: & quemadmodũ confeſtim ſanata ſit. At ipſe. *Matth.* Et videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. *Marc.* Vade in pace, & eſto ſana à plaga tua. *Matth.* Et ſalua *Luc.* Ipſe autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella, ſurge. & reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo, & iuſſit illi dari manducare, & ſtupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

facta eſt mulier ex illa hora. 4. *Mar.* Adhuc eo loquẽte, veniunt ab Archiſynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua eſt: quid vltra vexas Magiſtrum? *Luc.* Noli vexare illũ. *Mar.* Ieſus autẽ audito verbo, quod dicebatur, ait Archiſynagogo: Noli timere: tantummodo crede. *Luc.* Et ſalua erit. 5. *Marc.* Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt domum Archiſynagogi: & vidit tumultũ, & flentes, & eiulantes multum, & ingreſſus, ait illis. Quid turbamini, & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eũ. *Luc.* Scientes quod mortua eſſet. *Mar.* Ipſe vero eiectis omnibus aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur vbi erat puella iacens, & tenens manũ puellæ, ait illi: Talithacumi, quod eſt interpretatum: Puella, tibi dico, ſurge: & confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: Erat autem annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare. *Matth.* Et exijt fama hæc in vniuerſam terram illam.

Duobus

Duobus cæcis viſus reſtituitur, & dæmonium mutum expellitur. Matt. 9.

MYSTERIVM 23.

1 ET tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo
cæci, clamantes, & dicẽtes: Miſerere noſtri,
fili Dauid. Cum autem veniſſet domum, acceſſe-
runt ad eũ cæci, & dicit eis Ieſus: Creditis quia
hoc poſſum facere vobis? dicunt ei: Vtique, Do-
mine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secun-
dum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt ocu-
li eorum. 2. Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens:
Videte ne quis ſciat, illi autem exeũtes, diffam-
mauerunt eum in tota terra illa. 3. Egreſſis au-
tem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum,
dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio, locu-
tus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicentes:
Numquam apparuit ſic in Iſrael. Phariſæi autem
dicebant: in Principe dæmoniorum eijcit dæ-
mones.

Sanato in Sabbato homine, qui triginta octo annos laborauerat, diſputatur cum Iudæis. Ioann. 5.

MYSTERIVM 24.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcen-
dit Ieſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſoly-
mis probatica piſcina, quæ cognominatur He-
braicè

braicè Bethſaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquę motum. Angelus autem Domini deſcēdebat ſecundum tempus in piſcinam: & mouebatur aquā. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. 2. Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. 3. Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula: & ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. 4. Erat autem ſabbatum in die illo. Dicebāt ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat: ſabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula? Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba cōſtituta in loco. Poſtea inuęnit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nuntiauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum. 5. Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hęc faciebat in ſabbato. Ieſus reſpondit eis: Pater

meus

Digitized by Google

meus vſque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. 6. Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis: Amē, amen dico vobis: non poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem: quæcūque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & filius, quos vult, viuificat. Neque enim pater iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit filio, vt omnis honorificent filium, ſicut honorificant patrem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui miſit illū. 7. Amen, amen dico vobis, quia, qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudiciū non venit, ſed tranſijt à morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuēt. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit, & filio habere vitam in ſemetipſo: & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Non poſſum ego à me ipſo facere quidquā. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed volū-

tatem

Digitized by Google

tatem eius, qui miſit me. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium, quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem; & teſtimonium perhibuit veritati: ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico, vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne: opera enim, quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea: Ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me: & qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me: neque vocem eius vmquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos non creditis: Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimoniũ perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. 9. Claritatem ab hominibus non accipio, Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego venio in nomine patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim vos apud patrẽ. Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi; de me enim ille ſcripſit. Si autem illius litteris nõ creditis: quomodo verbis meis credetis?

Phari-

Digitized by Google

Phariſæi ob confricatas à Diſcipulis ſpicas offenſi confutantur. Matth. 12. Mar. 2. Luc. 6.

MYSTERIVM 25.

1 MAtth. In illo tempore abijt Ieſus per ſata ſabbato: *Luc.* Factum eſt autem in ſabbato ſecundo, primo, cum tranſiret per ſata, vellebant Diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus. 2. Quidã autem Phariſæorum, dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in ſabbatis? *Matt.* Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce Diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſabbatis? 3. *Luc.* Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit: *Marc.* Numquã legiſtis quid fecerit Dauid, quãdo neceſſitatem habuit, & eſurijt ipſe, & qui cum eo erant? Quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare, niſi Sacerdotibus, & dedit eis,

Mar. Et factũ eſt iterũ cum Dominus ſabbatis ambularet per ſata, & Diſcipuli eius cœperũt progredi, & vellere ſpicas. *Matth.* Diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. *Mar.* Phariſæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt ſabbatis, quod non licet? Et ait illis: *Matt.* At ille dixit eis: Non legiſtis, quid fecerit Dauid, quando eſurijt, & qui cum eo erant Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus. *Luc.* Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum eſuriſſet ipſe, & qui cũ illo erant? Quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & manduca-

qui

qui cũ eo erant? *Matt.* Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis Sacerdotes in templo ſabbatũ violant, & ſine crimine ſunt? Dico autẽ vobis, quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: numquam condemnaſſetis innocentes: *Marc.* Et dicebat eis; ſabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Itaque Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.

uit, & dedit his, qui cum ipſo erãt: quos non licet manducare niſi tantum Sacerdotibus? Et dicebat illis: quia Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati. *Matth.* Dominus enim eſt filius hominis, etiam ſabbati.

Rurſus confutantur Phariſæi ob ſanatam manum aridam. Matth. 12. Mar. 3. Luc. 6.

MYSTERIVM 26.

1 M*Att.* Et cum inde tranſiſſet, venit in Synagogam eorum. *Luc.* Factum eſt autem, & in alio ſabbato, vt intraret in Synagogam, & doceret. Et ibi erat homo, & manus eius dextra erat arida. Obſeruabãt autem Scribæ, & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent vnde accuſarent eum. *Matt.* Et interrogabant eum, dicente. Si licet ſabbatis curare? vt accuſarent eum. 2. *Luc.* Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum. & ait homini, qui habebat manum aridam:

Marc. Et introiuit iterum in Synagogam: & erat ibi homo habens manum aridã. Et obſeruabant eũ, ſi ſabbatis cũraret; vt accuſarent illum: *Matth.* Et ecce homo manũ

Surge,

Surge, & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit: ait autem ad illos Ieſus: Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere, an male: animã ſaluã facere, an perdere? *Marc.* At illi tacebant. *Matth.* Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eã? quanto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere. 3. *Marc.* Et circumſpiciens eos cum ira contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi. 4. *Luc.* Ipſi autẽ repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent Ieſu. *Marc.* Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſiliũ faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. 5. Ieſus autem cum Diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Ieroſolymis, & ab Idumea, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes, quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit Diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne comprimerẽt eum.

habens aridam. *Mar.* Et ait homini habẽti manum aridam: Surge in medium, & dicit eis: Licet ſabbatis benefacere an male? animam ſaluam facere, an perdere? *Luc.* Et circumſpectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt manus eius. *Matt.* Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Exeuntes autem Phariſæi, conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum. Ieſus autem ſciens receſſit inde, & ſecuti ſunt eum multi.

Digitized by Google

eum. Multos enim ſanabat, ita vt irruerẽt in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas. 6. *Matth.* Et curauit eos omnes: & præcepit eis, ne manifeſtum eum facerent. *Marc.* Et ſpiritus immundi, cum illum videbant, procidebãt ei: & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtarẽt illũ. *Matt.* Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit. Nõ contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes ſperabunt.

Delectis duodecim Apoſtolis exponitur quibuſnam in rebus ſita ſit beatitudo. Matt. 5. Marc. 3. Luc. 6.

MYSTERIVM 27.

1 MAtth. Videns autem Ieſus turbas aſcendit in montem. *Luc.* Factum eſt autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 2. Et cum dies factus eſſet. *Mar.* Vocauit ad ſe quos voluit ipſe: *Luc.* Vocauit Diſcipulos ſuos; *Matth.* Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius, *Luc.* Et elegit duodecim ex ipſis *Marc.* Et fecit vt

Marc. Et aſcendens in montem.

Marc. Et venerunt ad eum.

cit, vt eſſent duodecim cũ illo: & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. *Luc.* (quos & Apoſtolos nominauit) Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andreã fratrẽ eius. *Marc.* Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui. *Luc.* Philippum, & Bartholomæũ; Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotẽ, qui fuit proditor. 3. Et deſcendens cum illis ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa, & Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Qui venerant, vt audirent eum, & ſanarentur à languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere; quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

Mar. Et impoſuit Simoni nomen Petrus: & *Luc.* Iacobũ, & Ioannẽ, *Marc.* & Andreã, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæũ, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Taddæum, & Simonem Cananæum, & Iudam Iſcariotem, qui & tradidit illum.

4. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos. *Matt.* Et aperiens os ſuũ docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam:

Luc. Dicebat: Beati pauperes: quia veſtrũ eſt regnum Dei. Beati, qui nũc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati, qui nunc fletis quia ridebitis.

Digitized by Google

quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde: quoniā ipſi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. 5. *Luc.* Beati eritis, cū vos oderint homines, & cū ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eijcerint nomen veſtrum tamquam malum. *Matt.* Et perſecuti vos fuerint,

Matt. Beati eſtis cū maledixerint vobis, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. *Luc* Secundum hæc enim faciebāt Prophetis.

& dixerint omne malum aduerſum vos mētientes propter me: *Luc.* Propter filiū hominis. Gaudete in illa die, & exultate: Ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo: *Matth.* Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Luc.* Patres eorum. 6. Veruntamen. Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. Væ cum benedixerint vobis homines; ſecundum hæc enim faciebant Pſeudoprophetis patres eorū. 7. *Matt.* Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eā ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſūt. 8. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 9. Noſite

Digitized by Google

lite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Abundantior quam Phariſæorum iuſtitia præcipitur. Matth. 5. Luc. 6.

MYSTERIVM 28.

1 MAtth. Dico enim vobis; quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorũ. 2. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri ſuo, Racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum. Eſto cõſentiens aduerſario tuo cito, dum es in via cum eo: ne forte tradat te Aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. 3. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis.

bis. Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua ſcãdalizat te, abſcinde eã, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnũ membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum eſt autem: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit adulterat. 4. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: Non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedũ eius: neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. 5. Audiſtis quia dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis: Non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi, & alteram: & ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuã tollere,

Luc. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo, qui aufert tibi veſtimentũ etiam tunicã noli prohibere, omni autem petenti te tribue.

lere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo, & alia duo. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. *Luc.* Et qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. & prout vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. 6. *Matth.* Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos. *Luc.* Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro *Matt.* Perſequentibus, & calumniãtibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? *Luc.* Nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi bene feceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuũ dederitis his, à quibus ſperatis recipere; quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. *Matth.* Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? *Luc.* Verumtamen diligite inimicos veſtros: benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes: & erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia ipſe

Luc. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. *Matth* Et orate pro. *Luc.* calumniantibus vos.

Luc. Et ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia?

benignus

benignus eſt ſuper ingratos & malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. *Matth.* Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Qui modus in eleemoſyna, oratione, & ieiunio ſeruandum. Matth. 6.

MYSTERIVM 29.

1 Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 2. Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. 3. Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo hoſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethnici: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum. 4. Sic ergo vos orabitis:

tis: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet, & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus: nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. 5. Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminãt enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Solicitudinem rerum caducarum abijciendam.
Matth. 6.

MYSTERIVM 30.

1 NOlite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum. 2. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum

lucidum

lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequā: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſe tenebræ, quantæ erunt? 3. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterū contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammone. Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid mãducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca: & corpus pluſquàm veſtimentum? Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregāt in horrea: & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrū cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicẽtes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia ſua.

Nec iudicandum temere, nec docendum: orationi inſiſtendum, vitandi pſeudoprophetæ, veræ doctrinæ adhærendum. Matt. 7. Luc. 6.

MYSTERIVM 31.

1 LVc. Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condēnare, & nō cōdemnabimini: Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis: mēſuram bonam, & cōfertam, & coagitatā, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. *Matt.* In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: 2. *Luc.* Dicebat autem illis, & ſimilitudinem: Numquid poteſt cæcus, cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Non eſt Diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. 3. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non cōſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater ſine eijciam feſtucā de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita eijce primum trabē de oculo tuo: & tunc perſpicies

Matt. Nolite iudicare, vt non iudicemini.

Luc. Eadē quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.

Matt. Quid autē vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri: Sine eijciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo, & tūc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

cies

cies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui. 4. *Matth.* Nolite dare ſanctum canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos. 5. Petite, & dabitur vobis: Quærite, & inuenietis: Pulſate, & aperietur vobis, omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, numquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget ei? Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe? 6. Omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, & Prophetæ. 7. Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam. 8. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. *Luc.* Non eſt enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructũ bonum: vna quæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur: neque enim de ſpinis colligũt ficus: neque de rubo vindemiant vuam. *Matth.* Numquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor malos fructus facit: non poteſt arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala bonos

fructus

fructus facere: omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. 9. *Luc.* Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ: & malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. 10. Quid autem vocatis me Domine, domine, & non facitis quæ dico? *Matth.* Non omnis, qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicẽt mihi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia numquam noui vos: Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. 11. *Luc.* Omnis, qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. *Matt.* Aſſimilabitur viro

Matt. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea. *Luc.* Similis eſt homini ædificanti domum.

ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petrã. *Luc.* Qui fodit in altũ. & poſuit fundamentum ſuper petrã. *Matt.* Et deſcẽdit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domũ illã, & cecidit: fundata enim erat ſuper petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina,

Luc. Inundatione autẽ facta, illiſum eſt flumẽ domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper petram. Qui autem audit, & non facit: ſimilis eſt homini ædificanti

& fla-

& fluerunt venti, & irrue-runt in domum illam. *Luc.* Et continuo cecidit: & facta eſt ruina domus illius magna. 12. *Matt.* Et factum eſt; cum conſumaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

domum ſuã ſuper terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluuius, *Matt.* Et cecidit, & fuit ruina illius magna,

Mundatur leproſus. Matt, 8. Marc. 1. Luc, 5.

MYSTERIVM 32.

1 M*Atth.* Cum autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. *Luc.* Et factum eſt, cum eſſet in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra; & videns Ieſum, & procidens in faciem, rogauit eum, dicens; Domine, ſi vis, potes me mundare, 2. *Marc.* Ieſus autẽ miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare, Et cũ dixiſſet, Statim diſceſſit ab eo Lepra, & mundatus eſt. 3. Et comminatus eſt ei, ſtatimq; eiecit illum; & dicit ei: Vide, nemini dixeris: Sed vade, oſtende te Principi Sacerdotum, & offer pro emũdatione tua, quæ præcepit

Mat. Et venit ad eum leproſus, deprecans eũ: & genuflexo dixit ei: Si vis, potes me mundare. *Luc.* & extendẽs manũ tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo. & ipſe præcepit illi, vt nemini diceret Sed, vade, oſtende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, ſicut præcepit Moyſes, in teſtimonium illis: *Mat.* Et ecce leproſus ve-

Moyſes

Digitized by Google

Moyſes in teſtimonium illis. At ille egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem. *Luc.* Perambulabat autem magis ſermo de illo: *Mar.* Ita vt iam non poſſet manifeſte introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis eſſet, & conueniebant ad eum vndique. *Luc.* Et conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis. ipſe autem ſecedebat in deſertum, & orabat.

niens, adorabat eum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manũ, tetigit eum dicens. Volo Mundare, & confeſtim Mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris, ſed, vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

Seruus Centurionis ſanandus. Matt. 8. Luc. 7.

MYSTERIVM 33.

1 LVc. Cum autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Cẽturionis autem cuiuſdã ſeruus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretioſus. Et cum audiſſet de Ieſu miſit ad eũ ſeniores Iudæorum rogans eum, vt veniret, & ſaluaret ſeruum eius. At illi cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſolicite, dicẽtes ei: Quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes. Diligit enim gentem noſtram: Et Syna-

Matth. Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicẽs: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur: & ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum, & reſpõdens Cẽturio ait: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tãtum dic verbo, & ſa-

gogam

gogā ipſe ædificauit nobis. 2. Ieſus autē ibat cum illis. Et cum iam non longe eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: nō enim ſum dignus, vt ſub tectum meum intres. propter quod & meipſum non ſum dignus arbitratus, vt venirem ad te, ſed dic verbo, & ſanabitur puer

nabitur puer meus. Nā & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, Vade, & vadit, & alij, Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequētibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.

meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic Vade, & vadit: & alij Veni, & venit. Et ſeruo meo, Fac hoc, & facit. 3. Quo audito Ieſus, miratus eſt: & conuerſus ſequentibus ſe turbis, Dixit: Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni. *Matth.* Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbēt cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. *Luc.* Et reuerſi, qui miſſi fuerant domum, inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.

Viduæ filius excitatur à morte. Luc. 7.

MYSTERIVM 34.

1 ET factum eſt: deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo Diſcipuli

ſcipuli

ſcipuli eius, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. 2. Quam cum vidiſſet Dominus; miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculũ. (hi autem, qui portabant, ſteterunt.) & ait: Adoleſcens, tibi dico, Surge, & reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. 3. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam. & exijt hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

Ioannes vinctus, Diſcipulos mittit ad Chriſtum.
Matth. 11, Luc. 7.

MYSTERIVM 35.

1 L*Vc.* Et nuntiauerunt Ioanni Diſcipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de Diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? cũ autem veniſſent ad eum viri, dixerunt ad eum: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es, qui venturus es; an alium expectamus? 2. (In

M*atth.* Ioannes autem cũ audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus ait illis: Eũtes renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis, cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundãtur, ſurdi audiũt, mortui reſurgũt, pauperes

ipſa

ipſa autem hora multos curauit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum,) & reſpondens, dixit illis: Eũtes renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: quia cæci vident, claudi ambulãt, leproſi mundãtur, ſurdi audiũt, mortui reſurgunt, pauperes euãgelizantur: & beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. 3. Et cum diſceſſiſſent nuntij Ioãnis, cœpit de Ioãne dicere ad turbas: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui in veſte preciosa ſunt, & delitijs, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre, prophetam? Vtique dico vobis, & pluſquam prophetam: hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt. *Matt.* Amen dico vobis. Non ſurrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptiſta: qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. 4. A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum

euangelizantur: & beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioãne: Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiũtur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & pluſquam prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Luc. Qui autem minor eſt in regno Dei, maior eſt illo.

vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt: Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. *Luc.* Et omnis populus audiens, & publicani, iuſtificauerunt Deum, baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi autem, & legis periti conſilium Dei ſpreuerũt in ſemetipſos, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non ploraſtis. Venit enim Ioannes Baptiſta neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmoniũ habet. Venit filius hominis manducãs, & bibẽs, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.

Matth. Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro: qui clamãtes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non planxiſtis. Venit enim Ioãnes neque manducãs, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapiẽtia à filijs ſuis.

Mulieri peccatrici condonantur peccata. Luc. 7.

MYSTERIVM 36.

1 ROgabat autem illum quidam de phariſæis, vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum

mum Phariſæi diſcubuit. 2. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. 3. Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. 4. Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit: Aeſtimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. 5. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit: Vade in pace.

Digitized by Google

Curato dæmoniaco, cæco, & muto confutantur Phariſæi. Matt. 12. Mar. 3. Luc. 11.

MYSTERIVM 37.

1 M*Ar.* Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non poſſent neque panẽ manducare. *Matth.* Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus. *Luc.* Et erat eijciẽs dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. *Matth.* Et curauit eum, ita vt loqueretur, & videret. Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebãt: Numquid hic eſt filius Dauid? 2. *Mar.* Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem verſus eſt. Et Scribę, qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. *Matth.* Phariſæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. *Luc.* Quidem autem autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes, ſignum de cælo quærebant ab eo. 3. Ipſę autem vt vidit cogitationes eorum. *Marc.* Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt Satanas Satanam eijcere? *Matth.* Omne regnum diuerſum contra ſe, deſolabitur: Et omnis ciuitas,

Matth. Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, Dixit eis: *Luc.* Dixit eis: Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. & domus ſupra domum cadet.

tas, vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit. *Mar.* Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpartiatur, non poteſt domus illa ſtare. Et ſi Satanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet. *Matth.* Et ſi Satanas Satanam eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt: *Luc.* Si autem & Satanas in ſe ipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij veſtri in quo eijciunt? ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. 4. *Matt.* Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, *Marc.* Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.

Matth. Quomodo ergo ſtabit regnum eius? Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eijciũt? ideo ipſi iudices veſtri erũt. Si autem ego in ſpiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

Luc. cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. 5. *Marc.* Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs ho-

Matth. Niſi prius alligauerit fortem? & tunc domus illius diripiet.

Matt. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit. Ideo dimuum

minum peccata, & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerint. *Matt.* Spiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, nō remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. *Marc.* Sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. 6. *Matt.* Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: Siquidē ex fructu arbor agnoſcitur. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. 7. Dico autem vobis: Quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 8. Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis, & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus à te ſignum videre. *Luc.* Turbis autem concurrētibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequā eſt: *Matth* Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum nō dabitur ei, niſi ſignum

co vobis. Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus. *Marc.* Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum.

Matth. Qui reſpondēs ait illis. *Luc.* Signum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabūt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Et ecce pluſquam Io-

gnum

gnum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. *Luc.* Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi iſti. *Matth.* Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquam Ionas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eã: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſquam Salomon hic. 9. Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

nas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terre audire ſapiẽtiam Salomonis: Et ecce pluſquam Salomon hic. Cum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Matri, fratribus, & cæteris ſanguine iunctis præferuntur Diuini Verbi obſeruatores.
Matt. 12. Marc. 3. Luc. 11. & 8.

MYSTERIVM 38.

1 L*Vc.* Factum eſt autem cum hæc diceret: Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. At ille dixit; Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. 2. *Luc.* 8. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius. *Matt.* Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei: *Luc.* Et non poterant adire eum præ turba. *Mar.* Et foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum, & ſedebat circa eum turba: *Matt.* Dixit autem ei quidã: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.
3. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? *Marc.* Et circumſpiciês eos,

Marc. Et veniunt mater eius, & fratres: *Luc.* Et nuntiatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre. Qui Reſpondens, dixit ad eos. *Matt.* Et dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis ait: Quę eſt mater mea, & fratres mei; *Marc.* Ait. Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatẽ Dei, hic frater meus, & ſoror mea; & mater eſt.

qui in circuitu eius ſedebant, *Matt.* Et extẽdẽs manũ in Diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit volun-

tatem

tatem Patris mei, qui in cælis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt: *Luc.* Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.

Parabola ſeminantis. Matt. 13. Mar. 4. Luc. 8.

MYSTERIVM 39.

1 LVc. Cum autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarẽt ad eum, *Matth.* In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. *Mar.* Et iterum cœpit docere ad mare, & congregata eſt ad eũ turba multa, ita vt nauim aſcẽdens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite. Ecce. 2. *Luc.* Exijt, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. *Marc.* Aliud vero cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam: & ſtatim exortum

Matth. Et congregatæ ſunt ad eũ turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exijt, qui ſeminat, ſeminare, & dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viã, & venerunt volucres cæli, & comederũt ea. *Luc.* Dixit per ſimilitudinem. *Mar.* Exijt ſeminans ad ſeminandum. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederũt illud. *Matt.* Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto, æſtuauerunt: &

eſt,

eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt Sol, æxeſtuauit: & eo, quod non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: Et dabat fructũ aſcẽdentem, & creſcẽtem, & afferebat vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum. *Luc.* Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. *Mar.* Et cum eſſet ſingularis, interrogauerunt eũ hi, qui cum eo erant duodecim parabolam. *Matth.* Et accedentes Diſcipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondẽs, ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum: illis autem non eſt datum. *Marc.* Illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt. Vt videntes videant, & non videant: Et audientes audiant, & non intelligant; ne quando conuertantur, & dimittantur eis

quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autẽ ceciderũt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabat fructũ, aliud centeſimũ, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. *Luc.* Et aliud cecidit ſupra petram: Et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum cẽtuplum. *Matt.* Qui habet aures audiẽdi, audiat. *Marc.* Et dicebat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. *Luc.* Interrogabãt autem eum Diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit: Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, cæteris autẽ in parabolis, vt vidẽtes non videant, & audiẽtes nõ intelligãt. *Mar.* Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. *Matt.* Omnis, qui audit verbum Dei, & non intel-

peccata.

peccata. *Matt.* Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autẽ non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Iſaię dicentis: Auditu audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis: & non videbitis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Veſtri autẽ beati oculi, quia vident, & aures veſtræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iuſti cupierũt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Marc.* Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? *Matth.* Vos ergo audite parabolam ſeminantis. *Luc.* Eſt autem hæc

ligit, venit malus, & rapit, quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt, qui ſecus viam ſeminatus eſt. *Luc.* Qui autem ſecus viam, hi ſunt, qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum. *Matth.* Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: nõ habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione & perſecutione propter verbũ, continuo ſcandalizatur. *Luc.* Nã qui ſupra petram: qui cùm audierint, continuo cum gaudio ſuſcipiunt verbũ, & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tẽtationis recedunt. Quod autẽ in ſpinas cecidit, hi sũt, qui audierũt, & à ſollicitudinibus, & delitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructũ. Quod autem in bonã terram: hi ſunt. *Marc.* Qui audiunt verbum, & ſuſcipiunt: *Matth.*

parabola:

parabola: Semen eſt verbũ Dei. *Marc.* Qui ſeminat, verbum ſeminat. Hi autem ſunt, qui circa viã, vbi ſeminatur verbum, & cum audierint, confeſtim venit Satanas, & aufert verbum, quod ſeminatum eſt in cordibus eorũ. *Luc.* Ne credentes ſalui fiãt. *Marc.* Et hi ſunt ſimiliter, qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cum audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud: & non habent radicem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatione, & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcãdalizantur. Et alij ſunt, qui in ſpinis ſeminantur: hi ſunt, qui verbũ audiunt, & ærumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua cõcupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. Et hi ſunt, qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, *Luc.* Qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Mar.* Et fructificant vnum triginta vnum ſexaginta, & vnũ centum. Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur? *Luc.* Nemo autẽ lucernam

Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbũ audit, & ſollicitudo ſæculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero trigeſimum. *Marc.* Non eſt enim aliquid abſcõditum, quod non manifeſtetur: nec factum eſt occultum, ſed vt in palam veniat. *Luc.* Videte ergo quomodo audiatis? Qui enim habet, dabitur illi, & quicumque nõ habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.

lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non eſt enim occultum, quod non manifeſtetur: nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palam veniat. *Mar.* Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiā quod habet auferetur ab eo.

Parabola zizaniorum, ſeminis creſcentis, grani, ſinapis, & fermenti. Matt. 13. Mar. 4.

MYSTERIVM 40.

1 MAtth. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: Simile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania: & ait illis: Inimicus homo hoc fecit: ſerui autem dixerunt ei, Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis, & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum,

triticum

triticum autem congregate in horreum meum. 2. *Mar.* Et dicebat: Sic eſt regnum Dei. Quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et cum produxerit fructus, ſtatim mittit ſalcem, quoniam adeſt meſſis.

Parabola theſauri, margaritæ, ſagenæ, patris familias noua, et vetera proferentis. Matt. 13.

MYSTERIVM 41.

1 SImile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quē, qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum. 2. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretioſa margaritā, abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. 3. Iterum ſimile eſt regnum cælorū ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſumatione ſæculi: exhibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 4. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis

ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.

Docet Dominus in Nazareth, eamque incredulitatis condemnat. Matt. 13. Mar. 6. Luc. 4.

MYSTERIVM 42.

1 M*Atth.* Et factum eſt, cum conſumaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde. *Marc.* Et egreſſus inde, abijt in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli ſui: *Luc.* Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit ſecundũ conſuetudinem ſuam in die ſabbati in Synagogam. *Mar.* Et facto ſabbato cœpit in Synagoga docere: *Luc.* Et ſurrexit legere. Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diẽ retributionis. Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. 2. Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabãtur in verbis gratię, quę procedebant de ore ipſius, &

Matt. Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in Synagogis eorũ.

Matt. Ita vt mirarentur, & dicerent: *Marc.* Et multi audientes admirabantur in doctri-

dicebant:

dicebant: *Matth.* Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? *Mar.* Et quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi: & virtutes tales, quæ per manus eius

na eius dicentes. Vnde huic hæc omnia? Nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et ſcãdalizabantur in illo.

efficiuntur. *Luc.* Nonne hic eſt filius Ioſeph? *Matt.* Nonne hic eſt fabri filius? *Marc.* Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? *Matt.* Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas; & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? vnde ergo huic omnia iſta? & ſcandalizabãtur in eo. 3. Ieſus autem dixit eis. *Luc.* Vtique dicetis mihi hãc ſimilitudinem: Me-

Luc. Et ait illis: *Marc.* Et dicebat illis Ieſus.

dice cura te ipſum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. *Marc.* Quia nõ eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo

Matt. Nõ eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua.

ſua, & in cognatione ſua. *Luc.* In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum annis tribus, & menſibus ſex: cũ facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarũ miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta: & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. 4. Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes, & ſurrexerũt, & eiecerunt illum extra ciuitatẽ, &

duxerunt

duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat. *Matt.* Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. *Mar.* Et nõ poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.

Mittuntur ad concionandum Apoſtoli. Matt. 9. 10. & 11. Marc. 6. Luc. 8. & 9.

MYSTERIVM 43.

1 LVc. 8. Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates, & caſtella *Matt.* 9. Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatẽ. *Luc.* Et duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus. Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptẽ dæmonia exierant, & Ioanna vxor Cuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multę, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis, 2. *Matth.* Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum

Marc. Et circuibat caſtella in circuitu docens. *Luc.* Prædicãs, & euangelizans regnum Dei.

meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. *Mar.* Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, *Matt.* 10. Et conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorũ, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autẽ Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thadæus, Simon Cananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum. Hos duodecim miſit Ieſus: *Luc.* Prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos. 4. *Marc.* Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum: non peram, non panem, neque in zona æs, ſed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duobus tunicis. *Luc.* 9. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Marc.* Et dicebat eis: *Matt.* 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. 5. Euntes autem prędicate, dicentes: Quia appropinquauit regnũ cælorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite: gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſſidere aurum, neque argentum,

Luc. 9. Conuocatis autẽ duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutẽ, & poteſtatẽ ſuper omnia dæmonia, & vt lãguores curarẽt. Et miſit illos. *Marc.* Et dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.

Matth. 10. Præcipiens eis, dicens:

gentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceaméta, neque virgam. Dignus enim eſt operarius in cibo ſuo 6. In quamcumque autem ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit: & ibi manete: donec exeatis. Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes Pax huic domui: Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos. Et quicũque nõ receperit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, *Luc.* Illa, etiam puluerem pedum veſtrorũ excutite in teſtimonium ſupra illos. *Matth.* 10. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati. 7. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ; eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 8. Cauete autem ab hominibus, tradent enim voſtri concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos: & ad præſides, & ad reges ducemini propter me in teſtimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos

Matt. Quocumque introieritis in domũ: illic manete, donec exeatis inde. *Luc.* 9. Et in quãcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperit vos: exeuntes de ciuitate. *Marc.* Quicumque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus veſtris, in teſtimoniũ illis. *Matt.* 10. Excutite puluerem de pedibus veſtris.

eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.9. Tradet autem frater fratrem in mortem,& Pater filium:& inſurgent filij in parentes,& eos morte afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 10. Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis,non conſummabitis ciuitates Iſrael,donec veniat filius hominis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo ſicut Dominus eius.Si patrem familias Beelzebub vocauerunt:quanto magis domeſticos eius?ne ergo timueritis eos: Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur: & occultum quod non ſcietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta.11. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum,qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam: 12. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. 13. Omnis ergo,qui confitebitur me coram hominibus,cõfitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cælis eſt. 14.Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem

aduerſus

aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrẽ ſuam,& nurum aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. 15. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me,non eſt me dignus. Qui inuenit animã ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuã propter me,inueniet eam.16.Qui recipit vos,me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicumque potũ dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam:17.*Matt.*11.Et factum eſt, cum conſumaſſet Ieſus, præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. *Luc.* Egreſſi autem circuibant per caſtella, euangelizantes, & curantes vbique.*Mar.* Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.

Ioannis Baptiſtæ cædes, fama Ieſu apud Herodem. Matt. 14. Marc.6. Luc.9.

MYSTERIVM 44.

1 M*Att.* In illo tempore audiuit Herodes te-

Marc. Et audiuit rex Herodes:

trarcha famam Ieſu: *Mar.* (Manifeſtum enim factum eſt nomen eius.) *Luc.*
Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eo quòd diceretur à quibuſdam: *Mar.* Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant: quia Elias eſt. Alij vero dicebant: quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: *Luc.* Ioannem ego decollaui: quis eſt autem iſte, de quo ego talia audio? *Mar.* Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit. *Matt.* Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. *Luc.* Et quærebat videre eũ. *2. Marc.* Et cum dies opportunus accidiſſet. *Matth.* Die autem natalis Herodis. *Marc.* Herodes natalis ſui cænam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. *Matt.* Saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo. *Marc.* Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque recumbentibus. Rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi: quia quidquid petieris dabo tibi, licèt dimidium regni mei. Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioãnis Baptiſtæ. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit

Mar. Et dicebat.

Luc. Quia Ioannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdã vero: quia Elias apparuit: ab alijs autem: quia propheta vnus de antiquis ſurrexit: Et ait Herodes: *Matth.* Et ait pueris ſuis.

petiuit dicēs: Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex propter iuſiurandū, & propter ſimul diſcumbētes noluit eam cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. 3. Quo audito, diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento. *Matth.* Et venientes nuntiauerunt Ieſu: quod cum audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula, in locum deſertum ſeorſum.

Matt. At illa præmonita à matre ſua, Da mihi, inquit, hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt Rex propter iuramentum.

Quinque panibus, quinque virorum millia ſatiantur. Matt. 14. Mar. 6. Luc. 9. Ioan. 6.

MYSTERIVM 45.

1 MArc. Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renunciauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant. Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locū, & requieſcite puſillum. Erant enim, qui veniebant, & redibant, multi: & nec ſpatium manducandi habebant. Et aſcendentes in nauim, abierunt.

Luc. Et reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi quæcumque fecerunt: & aſſumptis illis ſeceſſit. *Ioan.* Poſt hæc abijt Ieſus. *Marc.* In deſertum locum ſeorſum. *Luc.* Quod cum cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum: *Matt.* Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt pedeſtres de ciuitatibus. &

Luc. Seorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaidæ. *Ioann.* Trans mare Galilaæ, quod eſt Tyberiadis: *Marc.* Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerũt eos. *Ioan.* Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. 2. Subijt ergo in montem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximũ Paſcha dies feſtus Iudæorum. *Marc.* Et exiens vidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit illos docere multa. *Luc.* Et excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, ſanabat. Dies autem cœperat declinare. 3. *Marc.* Et cum iam hora multa fieret, acceſſerũt diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus hic, & iam hora præterijt. *Luc.* Dimitte turbas, vt euntes in caſtella, villasque, quæ circa ſunt, diuertant, & inueniãt eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus. *Matth.* Ieſus autem dixit eis: Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare *Mar.* Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus

Matth. Exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum. Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. *Luc.* Et accedentes duodecim dixerunt illi: *Mar.* Dimitte illos, vt euntes in proximas villas, & vicos, emant ſibi cibos, quos manducent: Et reſpondens ait illis: Date illi vos manducare. *Luc.* Ait autem ad illos: Vos date illis manducare at illi.

Digitized by Google

dabimus illis manducare. *Ioan.* Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus,& vidiſſet, quia multitudo magna venit ad eum,dixit ad Philippum: Vnde ememus panes,vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. *Marc.* Et dicit eis: Quot panes habetis? ite,& videte. Et cũ cognouiſſent. *Luc.* Dixerunt non ſunt nobis pluſquàm quinque panes, & duo piſces: niſi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas. *Ioan.* Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? *Luc.* Erant autem fere viri quinque millia. 4. *Matth.* Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. *Marc.* Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundum contubernia ſuper viride fœnum. *Luc.* Ait autẽ ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. *Ioan.* Erat autẽ fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque millia. *Mar.* In partes per cẽtenos, & quinquagenos. *Ioann.* Ac-

Matt. Reſponderũt ei: Non habemus hic niſi quinque panes,& duos piſces. *Marc.* Quinque, & duos piſces.

Matth. Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciẽs in cælum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes. *Ioann.* Dixit ergo Ieſus: Facite homines diſcumbere. *Mar.* Et diſcubuerunt. *Luc.* Et diſcumbere fecerũt omnes, Acceptis autem

cepit

cepit ergo Ieſus panes, & cũ gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbentibus: Similiter & ex piſcibus quantum volebant. *Mar.* Et acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. 5. *Ioann.* Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quę ſuperauerunt fragmenta, ne pereant: Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, qui ſuperfuerunt his, qui manducauerant. *Marc.* Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus. *Matth.* Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. 6. *Ioann.* Illi ergo homines cum vidiſſent, quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum.

quinque panibus, & duobus piſcibus reſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt, quod ſuperfuit illis, fragmẽtorum cophini duodecim. *Matt.* Diſcipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerũt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. *Mar.* Erant qui manducauerant quinque millia virorum.

Dominus

Dominus & Petrus ambulant ſuper mare.
Matt. 14. Marc. 6. Ioann. 6.

MYSTERIVM 46.

1 M*Ar.* Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcē-dere nauim, vt præcederent eum transfretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum. Et cū dimiſiſſet eos, abijt in montem orare. *Ioann.* Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.

Matt. Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculā, & præcedere eū trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in mōtem ſolus orare.

2. Vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare, & cum aſcendiſſent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Ieſus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. *Marc.* Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. *Matth.* Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.

Matt. Veſpere autem facto ſolus erat ibi.

3. *Mar.* Et videns eos laborantes in remigando, (erat enim ventus contrarius eis.) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare. *Ioann.* Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinque, aut triginta, vi-

Matt. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulans ſupra mare.

ta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui fieri. *Marc.* Et volebat præterire eos. At illi, vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis: Confidite, ego ſum, nolite timere. 4. *Matth.* Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine, ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicę fidei, quare dubitaſti: *Ioann.* Voluerunt ergo eum accipere in nauim. *Marc.* Et aſcendit ad illos in nauim. *Matt.* Et cum aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus. *Ioann.* Et ſtatim nauis fuit ad terram, in quam ibant. *Matt.* Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius Dei es. *Marc.* Et plus magis in ſe ſtupebant: non enim intellexerunt de panibus (erat enim cor eorum obcœcatum.) 6. Et cum trãsfretaſſent, venerunt in terrã Geneſareth, & applicuerunt: cumque

Matt. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes: Quia Phãtaſma eſt. Et præ timore clamauerũt. Statimque Ieſus locutus eſt eis dicens: Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere: *Ioan.* Et timuerunt. Ille autem dicit eis. Ego ſum, nolite timere.

Marc. Et ceſſauit ventus.

Matt. Et cum trãs fretaſſent venerũt in terram Geneſareth. *Mar.*

egreſſi

egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerũt eum: *Matt.* Et cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: & *Marc.* Cœperunt in grabbatis eos, qui ſe male habebant, circumferre, vbi audiebant eum eſſe. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, & quot quot tangebant eum ſalui fiebant.

& percurrẽtes vniuerſam Regionem illam. *Matt.* Et rogabant eũ, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quicumque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

Diſſeritur de cæleſti pane manducando. Ioan. 6.

MYSTERIVM 47.

1 ALtera die, turba, quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, niſi vna, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abijſſent: aliæ vero ſuperuenerunt naues à Tiberiade iuxta locũ, vbi manducauerant panem, gratias agentes Domino. Cum ergo vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum. Et cum inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen, amen dico vobis: Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum, qui perit, ſed

ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſignauit Deus. 2. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opem Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amen dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cęlo verum. Panis enim Dei eſt, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis panem hunc. Dixit autē eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, nō eſurit: & qui credit in me, non ſitiet vmquam. 3. Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non creditis. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eijciam foras: quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meā, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt autem voluntas Patri mei, qui miſit me: vt omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. 4. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, & dicebāt: Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic:

Digitized by Google

quia de cælo deſcendi? Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me Non quia Patrem vidit quiſquā, niſi is, qui eſt à Deo, hic vidit Patrē. 5. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: Hic eſt panis de cælo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducādum? Dixit ergo eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. *6.*

Hæc

Hæc dixit in Synagoga docens, in Capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcẽdentem vbi erat prius? Spiritus eſt, qui viuificat: caro non prodeſt quidquam. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. 7. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus quia eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datum à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorũ eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei. Reſpondit ei Ieſus. Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem Iudam Simonis Iſcariotem: hic enim erat traditurus eum, cum eſſet vnus ex duodecim.

Reprehenduntur Phariſæi, qui diſcipulos, quod illotis manibus veſcerentur, accuſabant.
Matt. 15. Marc. 7. Ioann. 7.

MYSTERIVM 48.

1 IOann. 7. Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare:

bulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. 2. *Matt.* Tunc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ, & Phariſæi, *Mar.* Et conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, venientes ab Ieroſolymis. Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius non cõmunibus manibus, ideſt, non lotis manducare panes, vituperauerunt. Phariſæi enim, & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum: & à foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum: & interrogabant eum Phariſæi, & Scribæ: *Matth.* Dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediũtur traditionem ſeniorum? non enim lauãt manus ſuas, cum panẽ manducant. *Mar.* Sed communibus manibus manducant panem? 3. *Matt.* Ipſe autem reſpondẽs ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionem veſtram? *Marc.* Bene prophetauit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. In vanũ autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem

Marc. Quare diſcipuli tui nõ ambulãt iuxta traditionem ſeniorum. *Marc.* At ille reſpondẽs, dixit eis. *Matt.* Hypocritæ bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum: nam Deus dixit: Honora patrem, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quod-

ditionem hominũ, baptiſmata vrceorum, & calicum; & alia ſimilia his facitis multa, & dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrẽ tuam: & qui male dixerit

cumque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrẽ ſuũ, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mãdatum Dei propter traditionem veſtram. Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite, & intelligite.

patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban (quod eſt donum) quodcumque ex me, tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quidquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram, quam tradidiſtis, & ſimilia huiuſmodi multa facitis. 4. Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. *Matt.* Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. *Marc.* Nihil eſt extra hominem, & introiens in eum, quod poſſit eũ coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt, quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. 5. *Matth.* Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueam cadunt. 6. *Mar.* Et cum introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli eius parabolam. *Matt.* Reſpondens autẽ

Petrus,

Petrus dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam: At ille dixit: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? *Marc.* Sic & vos imprudentes eſtis? non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominem, nõ poteſt eum cõmunicare: quia non intrat in cor eius, ſed in ventrẽ vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas? Dicebat autem, quoniam, quæ de homine exeunt, illa communicãt hominem. Ab intus enim de corde hominũ, malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt. *Matth.* Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem, non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Matt. Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominẽ: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

Mar. Et communicant hominem.

Sanatur filia Cananæa. Matt. 15. Mar. 7.

MYSTERIVM 49.

1 MAtth. Et egreſſus inde Ieſus, seceſſit in partes Tyri, & Sidonis, *Marc.* Et ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere.

Marc. Et inde ſurgens abijt in fines Tyri, &

Mulier enim ſtatim, vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritum immundum. *Matt.*

Sidonis: *Matt.* Et ecce mulier Chananæa, à finibus illis egreſſa.

Clamauit dicens ei: Miſerere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. 2. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicẽtes: Dimitte eam: quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. 3. At illa venit, *Mar.* Intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophæniſſa genere. *Matth.* Et adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. *Marc.* Et rogabat eum, vt dæmonium eijceret de filia eius: qui dixit illi: Sine prius ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa reſpondit, & dixit illi: Vtique Domine.

Matt. Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edũt de micis. *Marc.* Et ait illi.

nam & catelli comedunt ſub mẽſa de micis puerorum. *Matt.* Quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. 4. Tunc reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. *Marc.* Propter hunc ſermonem, vade, exijt dæmonium à filia tua *Matt.* Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. *Marc.* Et cum abijſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæmonium exijſſe.

Surdus idem, & mutus, alijque multi curantur.
Matth. 15. Marc. 7.

MYSTERIVM 50.

1 M*Arc*. Et iterũ exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines decapoleos. & adducunt ei ſurdum, & mutum, & deprecabantur eũ, vt imponat illi manum. 2. Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius: & ſuſpiciens in cælum, ingemuit, & ait illi. Ephpheta, quod eſt adaperire. 3. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. 4. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. 5. *Matth*. Et aſcendens in montem, ſedebat ibi, & acceſſerunt ad eum turbæ multæ habẽtes ſecum, mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes; & magnificabant Deum Iſrael.

Matt. Et cum tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ.

Quatuor virorum millia ſeptem panibus ſatiantur. Matth. 15. Marc. 8.

MYSTERIVM 51.

1 M*Arc.* In diebus illis iterum cum turba multa eſſet, nec haberent, quod manducarent: conuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. *Matt.* Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. *Marc.* Quidam enim ex eis de longe venerunt. 2. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: *Matth.* Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbã tantam? *Marc.* Vnde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? *Matth.* At illi dixerunt: Septem, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptẽ panes, & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis ſuis. *Marc.* Vt apponerent, & appoſuerunt turbæ. Et habebãt piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & iuſſit appo-

Matt. Ieſus autem cõuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent quod manducent.

Matt. Et dicunt ei diſcipuli.

Matt. Et ait illis Ieſus: Quot habetis panes?

Mar. Qui dixerũt. Septem, & præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram, & accipiens ſeptem panes, gratias

ni, 3.

ni. 3. *Matth.* Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt, & quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erāt autem qui mā- ducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos, & mulieres. *Marc.* Et dimiſit eos. Et ſtatim aſcendens nāuim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. *Matth.* In fines Magedan.

agens, fregit, & dabat diſcipulis ſuis. *Matth.* Et diſcipuli dederunt populo. *Marc.* Et manducauerunt, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptē ſportas: erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor millia. *Matt.* Et dimiſſa turba aſcēdit in nauiculam, & venit.

Reÿciuntur Phariſæi quærentes ſigna, eorumque fermentum cauendum docetur.

Matt. 16. Marc. 8.

MYSTERIVM 52.

1 MAtth. Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Sadducæi tentantes. *Mar.* Et cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo tentantes eum.

Marc. Et exierūt Phariſæi, *Matt.* Et rogauerunt eum, vt ſignum de cælo oſtenderet eis.

2. *Matt.* At ille reſpondens, ait illis: Facto veſpere dicitis: Serenum erit: rubicundum eſt enim cælum. Et mane: hodie tempeſtas: rutilat enim triſte cælum. Faciem ergo cæli dijudicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis ſcire? *Marc.* Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? *Matt.* Generatio mala, & adultera, ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei. *Mar.*

Amē dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignū. *Matth.* Niſi ſignum Ionæ prophetæ. 3. Et relictis illis abijt. *Mar.* Et dimittens eos, aſcendit iterum nauim, & abijt trans fretum. *Matth.* Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere. *Marc.* Et niſi vnum panem non habebāt ſecum in naui. Et præcipiebat eis dicens: Videte, & cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis. 4. *Matt.* At illi cogitabant intra ſe dicentes: Quia panes non accipimus. Sciēs autē Ieſus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis? *Marc.* Nondum cognoſcitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrū? oculos habentes, non videtis? & aures habentes, non auditis? *Matth.* Neque recordamini quinque panum, in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? neque ſeptem panū in quatuor millia hominū, & quot ſportas ſumpſiſtis? *Marc.* Quando quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & ſeptem panes in quatuor millia: quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis. *Matt.* Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum?

Mar. Et obliti ſunt panes ſumere: *Matt.* Qui dixit illis: Intuemini, & cauete à fermēto Phariſæorum, & Sadducæorum. *Marc.* Et cogitabant ad alterutrū, dicentes: Quia panes nō habemus. Quo cognito, ait illis Ieſus: Quid cogitatis quia panes nō habetis. *Mat.* Non dum intelligitis: *Marc.* Nec recordamini.

cæorum? tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum, & Sadducæorum.

In Bethſaida Cæco reſtituitur viſus. Mar.8.

MYSTERIVM 53.

1 ET veniunt Bethſaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt illum tangeret. 2. Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicũ: & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis, interrogauit eum. Siquid videret. Et aſpiciẽs, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit videre. Et reſtitutus eſt, ita vt clare videret omnia. 3. Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

Petrus Chriſtum Dominum confeſſus commendatur. Matt.16. Marc.8. Luc.9.

MYSTERIVM 54.

1 L*Vc.* Et factum eſt cum ſolus eſſet orans, erãt cum illo, & diſcipuli, *Marc.* Et egreſſus eſt Ieſus, & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens

Matth. Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicẽs. *Luc.* Et interrogauit illos dicens: Quem me dicunt eſſe turbæ? At illi reſpõderunt, &

eis:

eis: *Matt.* Quem dicunt homines eſſe filium hominis? 2: At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, Alij autem Eliam, Alij vero Ieremiam, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? 3. Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus, filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cælis eſt. 4. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. 5. Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini diceret, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. *Marc.* Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. 6. *Matth.* Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis

dixerunt: Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero quia vnus propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Chriſtum Dei. *Marc.* Quem me dicunt eſſe homines? Qui reſponderunt illi, dicentes: Ioannem Baptiſtam, alij Eliam, alij vero quaſi vnum de prophetis. Tunc dicit illis: Vos vero quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus, ait ei: Tu es Chriſtus. *Luc.* At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die reſurgere. *Matth.* Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illũ. Qui conuerſus dixit Petro. *Marc.* Vade retro me Satana, quoniam nõ ſapis, quę Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. *Marc.* Si quis vult poſt me venire, abneget ſe-

ſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymã, & multa pati à ſenioribus, & Scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. 7. *Marc.* Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. *Matt.* Dicẽs: Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Marc.* Qui conuerſus, & videns diſcipulos ſuos, cõminatus eſt Petro, dicẽs: *Matth.* Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum. 8. Tũc Ieſus dixit diſcipulis ſuis: *Marc.* Et conuocata turba cũ diſcipulis ſuis, Dixit eis: *Luc.* Dicebat autem ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluã facere, perdet illam: *Marc.* Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium, ſaluam faciet eam. 9. *Luc.* Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum

metipsũ, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. *Luc.* Nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam. *Marc.* Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum: & detrimẽtum animę ſuę faciat? *Matt.* Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eã. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua? *Luc.* Nam qui me erubuerit, & meorum ſermones. *Mar.* Et filius hominis confundetur eũ, cum venerit in gloria patris ſui cum Angelis ſanctis. *Matt.* Amen dico vobis, Sunt quidam de his ſtantibus, qui nõ guſtabunt mortem. *Luc.* Dico autem vobis vere: Sunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei.

uerſum mundum, ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat? Marc. Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua? Qui enim me confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera, & peccatrice. Luc. Hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorum Angelorum. Matth. Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. 10. Mar. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. Matth. Donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

Chriſtus Dominus ſe transfigurat. Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

MYSTERIVM 55.

1 LVc. Factum eſt autem poſt hæc verba, fere dies octo, & aſſumpſit: Matt. Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioãnem fratrẽ eius. Mar. Et ducit illos in mõtem excelſum ſeorſum ſolos. Luc. Et aſcendit in montem, vt oraret. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera. Matt. Et trãsfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit fa-

Matt. Et poſt dies ſex aſſumpſit. Mar. Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem: Luc. Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Matt. Et ducit illos in montem excelſum ſeorsũ: Mar. Et transfiguratus eſt coram ipſis. Luc. Et veſtitus eius albus, & refulgens. Matth. Veſtimenta autem eius facies

cies eius ſicut Sol: *Marc.* Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere. 2. Et apparuit illis Elias cum Moyſe. *Luc.* Et ecce duo viri loquebātur cū illo. Erant autem Moyſes, & Elias, viſi in maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant ſomno, & euigilantes viderunt maieſtatem eius, & duos viros, qui ſtabant cum illo. Et factum eſt cum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum: Præceptor, bonū eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnum Eliæ: Marc. Non enim ſciebat quid diceret, erāt enim timore exterriti. 3. *Luc.* Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. *Matth.* Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi

cta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis Moyſes, & Elias cū eo loquentes. Reſpondēs autem Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, bonum eſt nos hic eſſe ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moyſi vnūm, & Eliæ vnum, *Marc.* Et erant loquentes cum Ieſu, & reſpondens Petrus ait Ieſu. Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum. *Luc.* Neſciens quid diceret. *Matth.* Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. *Marc.* Et facta eſt nubes obumbrās eos: & venit vox de nube dicens. Hic eſt filius meus chariſſimus: audite illum. *Luc.* Et vox facta eſt de nube, dicēs: Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite. *Matt.* Neminem viderunt niſi ſolum Ieſum: & deſcendentibus illis de monte præcepit eis Ieſus *Marc.* Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt Phariſæi; & Scri-

bene

bene complacui: ipſum audite. 4. *Luc.* Et dum fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſolus. M*att.* Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerũt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos. M*arc.* Et ſtatim circumſpicientes, neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantum ſecum. Et deſcẽdentibus illis de monte, præcepit illis, ne cuiquam, quæ vidiſſent, narrarent; niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. M*att.* Dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat. *Luc.* Et ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ viderant. M*arc.* Et verbum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet, cum à mortuis reſurrexerit. 5. M*att.* Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire? At ille reſpondens, ait eis: Elias quidem venturus eſt: & M*arc.* Cum venerit primo, reſtituet omnia: & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur. M*atth.* Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eũ, ſed fecerunt in eo, quæcumque voluerunt. M*arc.* Sicut ſcriptum eſt de eo. M*att.* Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis.

bæ, quia Eliam oportet venire primũ? Qui reſpondẽs, ait illis: Elias M*atth.* Reſtituet omnia: M*arc.* Sed dico vobis: quia & Elias venit, (& fecerunt illi quæcũque voluerunt.)

Eijcit

Digitized by Google

Eijcit dæmonium, quod diſcipuli expellere non potuerant . Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9.

MYSTERIVM 56.

1 L*Vc.* Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, *Mar.* Et veniẽs ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt, & accurentes ſalutabant eum. Et interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? 2. *Luc.* Et ecce vir de turba exclamauit, dicẽs: Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meum, quia vnicus eſt mihi. *Matt.* Et cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens: Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & male patitur: nam ſæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. *Marc.* Attuli filium meũ ad te habentem ſpiritum mutum: qui vbicumque eum apprehenderit, allidit illũ, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit.

Luc. Occurrit illi turba multa. *Marc.* Et reſpondens vnus de turba, dixit: Magiſter. *Luc.* Et ecce ſpiritus apprehendit eum. *Marc.* Et dixi diſcipulis tuis, vt eijcerent illum, & non potuerũt. Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula. *Matt.* Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eũ. Reſpõdens autẽ Ieſus, ait. O generatio incredula, & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? vſque quo patiar vos? afferte huc illũ ad me *Luc.* Vſquequo ero apud vos, & patiar vos? adduc huc filium tuum. Et cum accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipauit. *Matt.* Et

Luc.

Luc. Et ſubito clamat, & eli-dit, & diſſipat eum cum ſpu-ma, & vix diſcedit dilanians eum: & rogaui diſcipulos tuos, vt eijcerent illũ, & non potuerunt. 3. Reſpõdens au-tem Ieſus, dixit: O genera-tio infidelis, & peruerſa. *Mar.* Quãdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illũ ad me, & attulerunt eũ.

increpauit illũ Ieſus, & exijt ab eo dæmo-nium. *Luc.* Et increpa-uit Ieſus ſpiritum im-mundũ, & ſanauit pue-rum. *Marc.* Diſcipuli eius ſecreto interro-gabãt eum: Quare nos non potuimus eijcere eum? & dixit illis, Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio.

Et cum vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum: & eliſus in terram, volutabatur ſpumãs. Et interrogauit patrem eius: quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, vt eũ perderet. Sed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. 4. Ieſus autem ait illi: Si potes credere, om-nia poſſibilia ſunt credenti: & continuo excla-mans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo, Domine: adiuua incredulitatem meam. 5. Et cum videret Ieſus concurrẽtem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamãs, & multũ diſcer-pens eum, exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent: quia mortuus eſt. Ieſus autẽ tenens manũ eius, eleuauit eum, & ſurrexit. *Matt.* Et curatus eſt puer ex illa hora. *Luc.* Et reddidit illum patri eius: Stupebant autem omnes in ma-gnitudine Dei. 6 *Marc.* Et cum introiſſet. *Matt.* Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt:

Digitized by Google

dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur niſi per orationem, & ieiunium.

Statere in ore piſcis inuento iubet Petrum ſoluere didracbma, ſuamq; mortem prædicit.
Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

MYSTERIVM 57.

1 MAr. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam ſcire. *Matth.* Conuerſantibus autem eis in Galilæa. *Luc.* Omnibusque mirantibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos: filius enim hominis futurum eſt, vt tradatur in manus hominum. *Marc.* Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniã filius hominis tradetur in manus hominum, & occidēt eum, & occiſus tertia die reſurget 2. *Luc.* At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, vt non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. *Matt.* Et contriſtati ſunt vehementer. 3. *Marc.* Et venerunt Capharnaum. *Matth.*

Matt. Dixit illis Ieſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum: & occidēt eũ, & tertia die reſurget. *Marc.* At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

Et cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt, qui didragma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didragma? Ait: Etiam. Et cum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis: Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij: vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem, qui primum aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem; illum ſumens da eis pro me, & te.

Contendentes de primatu diſcipulos docet ſanctæ humilitatis neceſſitatem. Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9.

MYSTERIVM 58.

1 L*Vc*. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis illorum, *Mar*. Qui cum domi eſſent interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant. ſi quidē in via diſputauerant, quis eorū maior eſſet. 2. Et reſidēs vocauit duodecim. *Matt*. In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas, maior eſt in regno cælorum? *Mar*. Et ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter. *Matt*. Et aduocans Ieſus paruulum. *Marc*. Et accipiens puerum, ſtatuit eum in medio eorum: quem

Luc. Apprehēdit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe, & ait illis.

cum

cum complexus eſſet,ait illis: *Matt.* Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cęlorũ. Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum. 3.*Marc.*Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo,me recipit; & quicumque me ſuſceperit,non me ſuſcipit,ſed eum,qui miſit me. *Luc.*Nam qui minor eſt inter vos omnes,hic maior eſt. 4.Reſpondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quemdã in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non ſequitur nobiſcum. Et ait ad illum Ieſus: Nolite prohibere: *Marc.* Nemo eſt enim,qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me: qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Matt. Statuit eum in medio eorum,& dixit: *Luc.* Quicumque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit, eũ,qui mé miſit.*Matt.* Et qui ſuſceperit vnũ paruulũ talẽ in nomine meo,me ſucipit. *Mar.* Reſpondit illi Ioãnes, dicens: Magiſter,vidimus quemdam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. Ieſus autem ait: Nolite prohibere eum. *Luc.* Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt.

Digitized by Google

Scandalum puſillorum Cauendum.
Matth. 18. Marc. 9.

MYSTERIVM 59.

1 M*Arc.* Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis ſi circũdaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. *Matt.* Et demergatur in profundũ maris. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala: veruntamen, væ homini illi, per quẽ ſcandalum venit. 2. *Marc.* Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua, abſcinde illam: bonũ eſt tibi debilem intrare in vitam, quam duas manus habẽtem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce eũ:

Matt. Qui autem ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. *Matth.* Si autem manus tua, vel pes tuus ſcãdalizat te: abſcinde eum, & proijce abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quã duas manus, vel duos pedes habentẽ, mitti in ignẽ æternum. *Matth.* Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi eſt cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

bonum

bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis nō extinguitur. Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. Bonum eſt ſal: quod ſi ſal inſulſum fuerit; in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. 3. *Matth.* Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt: 4. Venit enim filius hominis ſaluare, quod perierat. Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centū oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit? Et ſi contigerit, vt inueniat eam: amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quam ſuper nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

Peccanti in nos fratri condonandum, adiecta Serui parabola, qui conſerui non eſt miſertus. Matth. 18.

MYSTERIVM 60.

1 SI autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. ſi te audierit, lucratus eris frattrem tuum. ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtiū ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic Ec-

cleſiæ. ſi autem Eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. 2. Amen dico vobis, Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. 3. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis eſt. Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 4. Tunc accedens Petrus ad eũ, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties. 5. Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem nõ haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venũdari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Procidens autem ſeruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eũ, dicens: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt, &

narraue-

narrauerunt domino ſuo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus ſuus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad vſque redderet vniuerſum debitum. Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Dominus relicta Galilæa, venit in Iudæam, nec recipitur à Samaritis. Matth. 19. Marc. 10. Luc. 9. Ioan. 7.

MYSTERIVM 61.

1 MAtth. Et factum eſt, cum cõſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, *Ioann.* Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum, Scænopegia, dixerunt autẽ ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo: neque enim fratres eius credebant in eum. 2. Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit: quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, quod opera eius mala

Mar. Et inde exſurgẽs venit in fines Iudçæ vltra Iordanem.

ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego au-
tem non aſcendo ad diem feſtum iſtum: quia meũ
tempus nondum impletum eſt. Hæc cum dixiſſet,
ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fra-
tres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum,
non manifeſte, ſed quaſi in occulto. 3. *Luc.* Factũ
eſt autem, dum complerentur dies aſſumptionis
eius, & ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieru-
ſalem. Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum: &
euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum
vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia fa-
cies eius erat euntis in Ieruſalem. Cum vidiſſent
autem diſcipuli eius Iacobus, & Ioannes dixerũt:
Domine, vis dicimus, vt ignis deſcendat de cælo,
& conſumat illos? Et conuerſus increpauit illos,
dicens: Neſcitis cuius Spiritus eſtis. Filius homi-
nis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abie-
runt in aliud caſtellum.

Sanat decem leproſos. Luc. 17.

MYSTERIVM 62.

1 ET factum eſt, dum iret in Ieruſalem, tranſi-
bat per mediam Samariam, & Galilæam.
Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occur-
rerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à lon-
ge: & leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu præce-
ptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit: Ite oſtẽ-
dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent,
mundati ſunt. 2. Vnus autem ex illis, vt vidit, quia
mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce ma-

gnificans

gnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. 3. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt? Et nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te ſaluum fecit.

Docet in templo in feſto Scænopegiæ. Ioann. 7.

MYSTERIVM 63.

1 IVdæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille? & murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant: Non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. 2. Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat, & mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius, qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego a me ipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. qui autẽ quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. 3. Nonne Moyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: Dęmonium habes: quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci, &

omnes

Digitized by Google

omnes miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem (Non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus,) & in ſabbato circumciditis hominem. Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. 4. Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere? & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt Principes, quia hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: & à me ipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis. Ego ſcio eum: quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. 5. Quærebāt ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum venerit, numquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit? Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc: & miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum. 6. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, vos non poteſtis venire. Dixerūt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? numquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis:

uenietis: & vbi ſum ego, vos non poteſtis venire?
7. In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſta-
bat Ieſus,& clamabat,dicens: Si quis ſitit,veniat
ad me,& bibat. Qui credit in me,ſicut dicit Scri-
ptura,flumina de ventre eius fluuent aquæ viuæ.
Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erãt
credentes in eum: nondum enim erat ſpiritus da-
tus,quia Ieſus non dum erat glorificatus. 8. Ex il-
la ergo turba cum audiſſent hos ſermones eius,
dicebant: Hic eſt vere propheta. Alij dicebant:
Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant:Num-
quid à Galilæa venit Chriſtus? nonne Scriptu-
ra dicit: quia ex ſemine Dauid, & de Bethlehem
caſtello,vbi erat Dauid,venit Chriſtus? Diſſenſio
itaque facta eſt in turba propter eum, Quidã au-
tem ex ipſis volebant apprehendere eũ:ſed nemo
miſit ſuper eũ manus 9. Venerunt ergo miniſtri
ad Põtifices & Phariſæos,& dixerũt eis illi: Qua-
re non adduxiſtis illum? Reſponderunt miniſtri:
Numquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic ho-
mo. Reſponderunt ergo eis Phariſæi. Numquid
& vos ſeducti eſtis? numquid ex Principibus ali-
quis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba
hæc,quæ non nouit legem,maledicti ſunt. 10. Di-
xit Nicodemus ad eos,ille, qui venit ad eum no-
cte,qui vnus erat ex ipſis:Numquid lex noſtra iu-
dicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo, & co-
gnouerit quid faciat? Reſponderunt, & dixerunt
ei. Numquid & tu galilæus es? ſcrutare Scriptu-
ras,& vide,quia à Galilæa propheta non ſurgit. Et
reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

Adulteram

Adulteram Mulierem abſoluit. Ioann. 8.

MYSTERIVM 64.

1 IEſus autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos. 2.
Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio, in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. 3. Ieſus autem inclinans
ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum ergo perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, & iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. Audientes autem, vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus: & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans. 4. Erigens
autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, vbi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemnabo: vade, & iam amplius noli peccare.

Rurſum docet in templo, & lapidantium ſe manibus eripit. Ioann. 8.

MYSTERIVM 65.

1 ITerum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in

lat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ.2.Dixerũt ergo ei Phariſæi : Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes : teſtimonium tuum non eſt verum.3.Reſpõdit Ieſus, & dixit eis : Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni,& quo vado:vos autem neſcitis,vnde venio,aut quo vado.4.Vos ſecũdum carnem iudicatis : ego non iudico quemquam : & ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum:ſed ego,& qui miſit me pater . Et in lege veſtra ſcriptum eſt,quia duorum hominum teſtimonium verum eſt . Ego ſum,qui teſtimoniũ perhibeo de me ipſo:& teſtimonium perhibet de me,qui miſit me,Pater.Dicebant ergo ei.Vbi eſt Pater tuus?Reſpondit Ieſus: Neque me ſcitis,neque Patrem meum : ſi me ſciretis, forſitan,& Patrem meum ſciretis. 5.Hæc verba locutus eſt Ieſus in Gazophilacio, docens in templo : & nemo apprehendit eum , quia nec dum venerat hora eius. 6.Dixit ergo iterum eis Ieſus: Ego vado , & quæretis me , & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado,vos non poteſtis venire.Dicebant ergo Iudæi, Numquid interficiet ſemetipſum , quia dixit : Quo ego vado,vos non poteſtis venire.7.Et dicebat eis:Vos deorſum eſtis,ego de ſupernis ſum.Vos de mundo hoc eſtis,ego non ſum de hoc mundo.8.Dixi ergo vobis : quia moriemini in peccatis veſtris : ſi enim non credideritis quia ego ſum,moriemini in peccato veſtro 9.Dicebant ergo ei : Tu quis es?Dixit eis Ieſus:Principium,qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui,& iudicare , ſed qui me miſit, verax eſt:

& ego

& ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia Patrem ejus dicebat Deum. 10 Dixit ergo eis Ieſus; Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me miſit, mecum eſt, & nõ reliquit me ſolum: quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. 11. Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. 12. Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vmquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: Quia omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. 13. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrẽ meum, loquor: & vos, quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis. Reſpõderunt, & dixerunt ei: Pater noſter, Abraham eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. 14. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo: hoc Abraham nõ fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet: diligeretis vtique me.

Digitized by Google

Ego enim ex Deo proceſſi, & veni: neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum. 15. Vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi. 16. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. 17. Reſpõderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia ſamaritanus, & dæmonium habes? Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. Ego autem non quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & iudicet. 18. Amen, amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi; Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Numquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt? & prophetæ mortui ſunt. Quem te ipſum facis? 19. Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & cognouiſtis eum: ego autem noui eum: & ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio

eum,

eum, & ſermonem eius ſeruo. 20. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Cæco nato reſtituit viſum. Ioann. 9.

MYSTERIVM 66.

1 ET præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. 2. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. 3. Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur miſſus.) Abijt ergo, & lauit, & venit videns. 4. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mẽdicabat? Alij dicebant; Quia hic eſt. Alij autem, Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat: Quia ego ſum. Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille homo, qui dicitur

citur Ieſus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Siloe, & laua, & abij, laui, & video. Et dixerunt ei: Vbi eſt ille? Ait. Neſcio 5. Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum, quãdo lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi quo modo vidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum. Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta eſt. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. 6. Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quẽ vos dicitis, quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate; ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum cõfiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet, ipſum interrogate. 7. Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo

go eis ille: Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos: ſcimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A ſæculo non eſt auditũ, quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quidquam. Reſponderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus eſt totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 8. Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras: & cum inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Reſpondit ille, & dixit: Quis eſt, Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo Domine. & procidens adorauit eum. 9. Et dixit Ieſus: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Et audierũt quidam ex Phariſæis, qui cum ipſo erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis: Quia videmus, peccatum veſtrum manet.

Diſſerit

Diſſerit de vero paſtore, & ouibus. Ioan. 10.

MYSTERIVM 67.

1 AMen, amen dico vobis: Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt, & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cũ proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius; alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. 2. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen, amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt fures ſunt, & latrones, & non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. 3. Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitã habeant, & abundantius habeant. 4. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, & qui nõ eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego

agnoſco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. 5. Propterea me diligit pater: quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à me ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. 6. Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis, Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis: numquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire.

Mittit ſeptuaginta duos Diſcipulos ad concionandum, & illi redeunt. Matt. 11. Luc. 10.

MYSTERIVM 68.

1 LVc. Poſt hæc autem deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipſe venturus. 2. Et dicebat illis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. 3. Ite; ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis. 4. In quamcumque domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui, & ſi ibi fuerit

filius

filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite transſire de domo in domum. 5. Et in quamcũque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos, qui in illa ſunt, & dicite illis; Appropinquauit in vos regnum Dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos: tamen hoc ſcitote, quia appropinquauit regnũ Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius erit, quàm illi ciuitati. 6. *Matth.* Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida; quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. Verumtamen dico vobis Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, numquid vſque in cælũ exaltaberis? vſque in infernum deſcendes: quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hãc diem. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quam tibi. 7. *Luc.* Quis vos audit, me audit; & qui vos

Luc. Ve tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere ſedentes pœniterent. Verumtamen Tyro, & Sidoni remiſ-

 ſpernit,

ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eũ, qui miſit me. 8. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes; Domine, etiam dæmonia ſubijciũtur

ſius erit in iudicio, quam vobis. Et tu Capharnaũ vſque ad cælum exaltata, vſque ad infernum demergeris.

nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam ſatanã ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur: gaudete autẽ, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. 9. In ipſa hora exultauit Spiritu ſancto, &, *Matth.* In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi pater, Domine cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. ita Pater: quoniam ſic fuit placitũ ante te. 10. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrẽ quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris: iugũ enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. 12. *Luc.* Et

Luc. Cõfiteor tibi pater, Domine cæli, & terræ, quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiã Pater: quoniam ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater: Et quis ſit pater, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

conuer-

conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati oculi, qui vidēt, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Proponit parabolam Samaritani. Luc. 10.

MYSTERIVM *69.*

1 ET ecce quidam legisperitus ſurrexit tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eū: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi Recte reſpondiſti: hoc fac, & viues. 2. Ille autem volens iuſtificare ſe ipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus? Suſcipiens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo præteriuit. Similiter, & leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſijt. Samaritanus autem quidā iter faciens, venit ſecus eum: & videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam

eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario,& ait: Curã illius habe; & quodcumque ſuper erogaueris, ego cum rediero,reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

Excipitur hoſpitio à Martha. Luc. 10.

MYSTERIVM 70.

1 FActum eſt autem,dum irent, & ipſe intrauit
in quoddam caſtellum: & mulier quædam
Martha nomine, excepit illum in domum ſuam.
2.Et huic erat ſoror nomine Maria,quæ etiam ſe-
dens ſecus pedes Domini,audiebat verbum illius.
2.Martha autem ſatagebat circa frequens mini-
ſterium: quæ ſtetit, & ait: Domine non eſt tibi
curę,quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtra-
re? Dic ergo illi,vt me adiuuet. 4. Et reſpondens
dixit illi Dominus: Martha, Martha, Solicita es,
& turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſ-
ſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non
auferetur ab ea.

Docet precandi formulam, & vim conſtantis orationis. Luc. 11.

MYSTERIVM 71.

1 ET factum eſt: cum eſſet in quodam loco
orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis

eius ad

Digitized by Google

eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Ioannes diſcipulos ſuos. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra; ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 3. Et ait ad illos: Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. 4. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piſcem, numquid pro piſce ſerpentem dabit illi, aut ſi petierit ouũ: numquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis Pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Nemo lucernã accendit, & in abſcõdito ponit, neque ſub modio; ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. 6. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus

fuerit

fuerit ſimplex, totum corpus tuũ lucidum erit, ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidũ fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Præpoſteram Phariſæorum munditiam reprehendit. Luc. 11.

MYSTERIVM 72.

1 ET cum loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus, vt pranderet apud ſe. Et ingreſſus recubuit. 2. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandiũ. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi, quod deforis eſt calicis, & catini, mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. 3. Stulti nõne qui fecit quod deforis eſt, etiam id, quod deintus eſt, fecit? Verũtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis. 4. Sed væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudiciũ, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. 5. Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Væ vobis, quia eſtis vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt. 6. Reſpõdens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens etiam contumeliã nobis facis.

At ille

At ille ait: Et vobis legisperitis væ? Quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & ſapiẽtia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequẽtur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta, à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare, & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legisperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. 7. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi, & legisperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarent eum.

Docet corporis mortem non eſſe timendã. Luc. 12.

MYSTERIVM 73.

1 MVltis autem turbis circumſtãtibus, ita vt ſe inuicem conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos: Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. 2. Nihil autem opertũ eſt, quod non reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in

lumine

lumine dicentur: & quod in aurem locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. 3. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. 4. Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete eum; qui, poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehēnam. Ita dico vobis, hunc timete. 5. Nonne quinque paſſeres væneunt diſpondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos: 6. Dico autem vobis: Omnis quicumque confeſſus fuerit me corã hominibus, & filius hominis confitebitur illũ coram Angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur corã Angelis Dei. Et omnis, qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur. 7. Cum autem inducent vos in Synagogas, & ad magiſtratus, & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter, aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sãctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.

Abijciendam eſſe ſolicitudinem diuitiarum.
Luc. 12.

MYSTERIVM 74.

1 AIt autem ei quidam de turba: Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatẽ. At ille dixit illi: Homo, quis me conſtituit iudicem,

cem, aut diuiſorem ſuper vos? 2. Dixitque ad illos: Videte, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex his, quæ poſſidet. 3. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autẽ paraſti, cuius erũt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues. 4. Dixitque ad diſcipulos ſuos: Ideo dico vobis: Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis; neque corpori, quid induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & corpus pluſquam veſtimentum. Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos. Quãto magis vos pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitando poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum eſt, poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia quomodo creſcunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos puſillæ fidei? 5. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut

quid

quid bibatis: & nolite in ſublime tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit quoniam his indigetis. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. 6. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. 7. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. 8. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.

Officium ſerui fidelis erga venturum Dominum. Luc. 12.

MYSTERIVM 75.

1 SInt lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs: vt, cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. 2. Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. 3. Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. 4. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an &

an,& ad omnes? Dixit autem Dominus:Quis putas,eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus,inuenerit ita facientem. Vere dico vobis,quoniam ſupra omnia, quæ poſſidet, conſtituet illum. 5. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire:& cœperit percutere ſeruos,& ancillas, & edere,& bibere,& inebriari:veniet Dominus ſerui illius in die,qua non ſperat,& hora,qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. 6. Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non præparauit, & nõ fecit ſecundum voluntatem eius,vapulabit multis: qui autem non cognouit,& fecit digna plagis, vapulabit paucis. 7. Omni autem, cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. 8. Ignem veni mittere in terram,& quid volo niſi, vt accẽdatur? 9. Baptiſmo autem habeo Baptizari: & quomodo coarctor,vſque dum perficiatur. 10. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, ſed ſeparationem: erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuiſi,tres in duos,& duo in tres diuidentur: pater in filium,& filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam,& nurus in ſocrum ſuam. 11. Dicebat autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nimbus venit,& ita fit,& cum auſtrum flãtem,dicitis: Quia æſtus erit:& fit. Hypocritæ,faciem cæli,& terræ noſtis probare: hoc

hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem, & à vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? 12. Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas.

Pœnitendum eſſe adiecta infructuoſæ fici parabola. Luc. 13.

MYSTERIVM 79.

1 ADerant autem quidã ipſo in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum. Et reſpondens dixit illis; Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, putatis quia, & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ieruſalem? Non, dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis. 2. Dicebat autem & hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?

Digitized by Google

pat? At ille reſpondens, dixit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora: & ſiquidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam.

Erigit in ſabbato mulierem contractam, indignantem ob id Archiſynagogum obiurgat. Luc. 13.

MYSTERIVM 77.

1 ERat autem docens in Synagoga eorum ſabbatis, & ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. 2. Quam cum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, & impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. 3. Reſpondens autem Archiſynagogus, indignans, quia ſabbato curaſſet Ieſus: dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die ſabbati. 4. Reſpondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrum ſabbato nō ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſatanas, ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo. 5. Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnū Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile

Digitized by Google

eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & factum eſt in arborem magnam: & volucres cæli requieuerunt in ramis eius. 6. Et iterum dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum.

Anguſtam eſſe ad cælum viam docet. Luc. 13.

MYSTERIVM 78.

1 ET ibat per ciuitates, & caſtella docens, & iter faciens in Ieruſalē. Ait autem illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt, qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos: Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. 2. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine, aperi nobis: & reſpondēs dicet vobis: Neſcio vos, vnde ſitis: tunc incipietis dicere: manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis: Neſcio vos, vnde ſitis: diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium: cum videritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et veniēt ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erunt primi, & ſunt primi, qui erunt nouiſſimi. 3. In ipſa die accesserunt quidam Phariſæorū, dicentes illi: Exi,

& vade

& vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & tertia die conſummor. Verumtamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Ieruſalē. 4. Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui cōgregare filios tuos quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat, cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hydropico ſalutem reſtituit in ſabbato. Docet nouiſſimum locum deligendum, additur parabola de cœna magna. Luc. 14.

MYSTERIVM 79.

1 ET factum eſt, cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis phariſæorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. 2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus dixit ad legisperitos, & Phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit: Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non cōtinuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hæc reſpondere illi. 3. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo pri-

mos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo; & veniens is, qui te, & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere; ſed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouiſſimo loco: vt, cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcũbentibus: quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. 4. Dicebat autem & ei, qui ſe inuitauerat: Cũ facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio; ſed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. 5. Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. At ipſe dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi

cito in plateas,& vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles,& cæcos,& claudos introduc huc. Et ait ſeruus: Domine,factum eſt,vt imperaſti,& adhuc locus eſt. Et ait Dominus ſeruo:Exi in vias,& ſepes, & cõpelle intrare,vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

Nuncium rebus omnibus eſſe remittendum.
Luc. 14.

MYSTERIVM 80.

1 IBant autem turbæ multæ cum eo: & conuerſus dixit ad illos:Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres,& ſorores,adhuc autem & animam ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 2. Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 3.Quis enim ex vobis volẽs turrim ædificare, nõ prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt,ſi habeat ad perficiendũ, ne posteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere,omnes,qui vident,incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſumare? Aut quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, non ſedẽs prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? alioquin adhuc illo longe agente, legationẽ mittens rogat ea, quæ pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis,qui non renuntiat omnibus,quæ poſ-

ſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 4. Bonum eſt ſal. Si autem ſal euanuerit, in quo condietur? neque in terram, neque in ſterquilinium vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

In feſto Encœniorum eripit ſe de lapidantium manibus. Ioan. 10. Matt. 19. Marc. 10.

MYSTERIVM 81.

1 IOann. Facta ſunt autem Encœnia in Ieroſolymis: & hiems erat, & ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis: Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animã noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam.
2. Reſpondit eis Ieſus: Loquor vobis, & non creditis opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: ſed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. 3. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternũ, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego, & Pater vnum ſumus. 4. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eũ. Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis? Reſponderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum: Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra: quia

ego

Digitized by Google

ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura: quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas: quia dixi, Filius Dei ſum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre. 5. Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterũ.

Matth. 19. Et venit in fines Iudææ trãs Iordanem. *Ioan.* In eum locum, vbi erat Ioãnes baptizans primum: Et manſit illic: *Matt.* Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. 6. *Marc.* & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos. *Ioan.* Et dicebant: Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Ioann. Trans Iordanẽ. *Marc.* Et venit in fines Iudææ vltra Iordanem.

Parabola de Oue, Drachma, Filio perditis. Luc. 15

MYSTERIVM 82.

1 ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Phariſæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. 2. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi perdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonaginta nouẽ in

deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: & veniens domum conuocat amicos, & vicinos, dicens illis: Cōgratulamini mihi, quia, inueni ouem meam, quę perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram? ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agēte. 3. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: Et dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Et poſtquam omnia conſumaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. Et abijt, & adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus, dixit: Quāti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgā, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui

caui in cælum, & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis: & ſurgens venit ad patrem ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manũ eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et cœperunt epulari. Erat autẽ filius eius ſenior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam, & chorum: & vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid hæc eſſent. Iſque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illum. At ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi: Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

De

De villico iniquo. Luc. 16.

MYSTERIVM 63.

1 DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius: & vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iã enim non poteris villicare. 2. Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam, vt, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domus ſuas. Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionẽ tuam: & ſede cito, ſcribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitatis, quia prudẽter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. 3. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 4. Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuiſtis: quod verum eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?

Digitized by Google

vobis? 5. Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odiet,& alterum diliget: aut vni adhærebit,& alterum contemnet:non poteſtis Deo ſeruire,& mammonæ. 6.Audiebāt autem omnia hæc phariſæi,qui erant auari: & deridebant illum.Et ait illis: Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autē nouit corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.7.Lex,& prophetæ vſque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur,& omnis in illud vim facit. Facilius eſt autem cælum, & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.

De matrimonij indiſſolubili nexu, & caſtitatis præſtantia. Matt.19. Mar.10. Luc.16.

MYSTERIVM 84.

1 MAtth. Et acceſſerunt ad eum phariſæi tentantes eum,& dicētes: Si licet homini dimittere vxorē ſuam, quacumque ex cauſa? *Mar.* At ille reſpondens,dixit eis:Quid vobis præcepit Moyſes?Qui dixerunt:Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpōdens Ieſus,ait: *Matth.* Non legiſtis, quia qui fecit hominē ab initio,

Marc. Et accedentes phariſæi interrogabāt eum:Si licet viro vxorem dimittere: tentantes eum *Matt.*Qui reſpondens,ait eis:*Mar.* Ad duritiā cordis veſtri ſcripſit vobis præceptū iſtud. Ab initio autē creaturæ maſculum,& fœminam fecit eos Deus.Propter hoc relinquet homo pātrē ſuum, & matrem, & adhærebit ad vxorem

maſcu-

maſculum,& fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iā non ſunt duo, ſuam: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij,& dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. *Marc.* Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam,& aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur: *Luc.* Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur. Et qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. 3. *Matt.* Dicunt ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.

Diuitiis

Digitized by Google

Diuitis Epulonis, & mendici Lazari parabola. Luc. 16.

MYSTERIVM 85.

1 HOmo quidam erat diues, qui induebatur
purpura, & byſſo; & epulabatur quotidie
ſplendide. Et erat quidam mendicus, nomine La-
zarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus ple-
nus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de
menſa diuitis, & nemo illi dabat: ſed & canes ve-
niebant, & lingebant vlcera eius. 2. Factum eſt au-
tem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab
Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem &
diues, & ſepultus eſt in inferno. 3. Eleuans autem
oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abra-
ham à longe, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe cla-
mans dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mit-
te Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in
aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior
in hac flamma. 4. Et dixit illi Abraham: Fili, recor-
dare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſi-
militer mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero
cruciaris. Et in his omnibus inter nos, & vos
chaos magnum firmatũ eſt: vt hi, qui volunt hinc
tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſ-
meare. 5. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas
eum in domum patris mei: habeo enim quinque
fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc
locum tormẽtorum. Et ait illi Abraham: Habẽt
Moyſen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit:
Non,

Digitized by Google

Non, pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen, & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Vitandum ſcandalum, Quanta ſit fidei virtus: Regnum Dei intra nos. Luc. 17.

MYSTERIVM 86.

1 ET ait ad diſcipulos ſuos: Impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala: væ autem illi, per quē veniunt. Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collū eius, & proijciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnū de puſillis iſtis Attēdite vobis: 2. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: Et ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. 3. Et dixerunt Apoſtoli Domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus. Si habueritis fidem ſicut granum ſynapis, & dicetis huic arbori moro: Eradicare, & tranſplantare in mare, & obediet vobis. 4. Quis autem veſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, recumbe: & non dicat ei: Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem, & bibam, & poſt hæc tu manducabis, & bibes? Numquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod debuimus

Digitized by Google

mus facere, fecimus. 5. Interrogatus autẽ à phariſæis: quando venit regnum Dei? Reſpondens eis, dixit: Non venit regnum Dei cum obſeruatione, neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos eſt.

Parabola de Phariſæo, & publicano. Luc. 18.

MYSTERIVM 87.

1 DIxit autem, & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabãtur cæteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent: vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium, quæ poſſideo. 2. Et publicanus à longe ſtãs, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Chriſtus Dominus paruulis manum imponit; & adoleſcentem diuitem ad perfectionem inuitat. Matt. 19. Mar. 10. Luc. 18.

MYSTERIVM 88.

1 M*Atth.* Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis poneret, & oraret, *Marc.* Et offe-

rebant

rebant illi paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli autẽ cõminabantur offerentibus. Quos cum videret Ieſus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnum Dei. Amen dico vobis: Quiſquis non receperit regnũ Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. *Matth.* Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. 2. *Marc.* Et cum egreſſus eſſet in viã, procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum: Magiſter bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiã? Ieſus autem dixit ei: Quid me dicis bonũ? nemo bonus, niſi vnus Deus. *Matth.* Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 3. Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: *Marc.* Præcepta noſti: ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falſum teſtimonium dixeris: ne fraudẽ feceris, Honora patrẽ tuũ, &

Luc. Afferebãt autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderẽt diſcipuli, increpabãt illos. Ieſus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos; talium eſt enim regnum Dei. Amen dico vobis: Quicumque nõ acceperit regnum Dei, ſicut puer, non intrabit in illud. *Matt.* Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorũ. *Luc.* Et interrogauit eũ quidam princeps, dicens: Magiſter bone, quid faciẽs vitã æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonũ? nemo bonus niſi ſolus Deus. mandata noſti: Nõ occides: non mœchaberis: non furtum facies: non falſum teſtimoniũ dices. Honora patrem tuum, & matrẽ. *Matt.* Et ecce vnus accedẽs, ait illi: Magiſter bo-

matrem. 4. *Matth.* Diliges
proximum tuũ ſicut teipſum.
5. Dicit illi, Adoleſcens Om-
nia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc
mihi deeſt? *Marc.* Ieſus au-
tem intuitus eũ, dilexit eũ,
& dixit ei: Vnum tibi deeſt:
Matt. Si vis perfectus eſſe,
vade, vende, quæ habes, & da
pauperibus, & habebis the-
ſaurũ in cœlo: & veni, ſeque-
re me. 6. Cum audiſſet autẽ
Adoleſcens, verbũ abijt tri-
ſtis: erat enim habens mul-
tas poſſeſſiones. *Luc.* Videns
autem Ieſus illum triſtẽ fa-
ctum. *Mar.* Et circumſpiciẽs
Ieſus, ait diſcipulis ſuis: Quã
difficile, qui pecunias habẽt,
in regnum Dei introibunt?
Matt. Amẽ dico vobis, quia
diues difficile intrabit in re-
gnum cœlorum: & iterum
dico vobis: facilius eſt ca-
melũ per foramen acus trã-
ſire, quam diuitem intrare
in regnum cœlorum. 7. Au-
ditis autem his, diſcipuli mi-
rabantur valde. *Mar.* Obſtu-
peſcebant in verbis eius. At
Ieſus rurſus reſpondens ait
illis: Filioli, quã difficile eſt,

ne, quid boni faciam,
vt habeam vitam æter-
nam? Qui dixt ei:

Luc. Qui ait: Hæc om-
nia cuſtodiui à iuuen-
tute mea. Quo audito,
Ieſus ait ei: Adhuc vnũ
tibi deeſt: omnia quæ-
cumque habes vende,
& da pauperibus, &
habebis theſaurum in
cœlo: & veni, ſequere
me. *Matt.* Non homi-
cidiũ facies: Non adul-
terabis: Nõ facies fur-
tum: Non falſum teſti-
monium dices: Hono-
ra patrem tuum, & ma-
trem tuam: *Marc.* At
ille reſpondens ait illi:
Magiſter, hæc omnia
obſeruaui à iuuentute
mea. *Luc.* His ille audi-
tis, cõtriſtatus eſt: quia
diues erat valde *Matt.*
Ait illi Ieſus: *Mar.* Va-
de, quæcumque habes
vende, & da pauperi-
bus, & habebis theſau-
rum in cœlo: & veni,
ſequere me. Qui cõtri-
ſtatus in verbo, abijt
mœrens: erat enim ha-
bens multas poſſeſſio-
nes. *Matt.* Ieſus autem
dixit diſcipulis ſuis:

confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire? Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnũ Dei. Qui magis admirabãtur, dicẽtes ad ſemetipſos: Et quis poteſt ſaluus fieri? Et intuẽs illos Ieſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud Deũ: omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum. *Luc.* Et dixerũt qui audiebant: Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia sũt apud Deum. 8. *Matth.* Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios,

Luc. Videns autem Ieſus illum triſtem factũ, dixit: Quàm difficile, qui pecunias habẽt, in regnum Dei intrabũt. Faciliuseſt enim camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum Dei. *Mar.* Diſcipuli autem. *Matth.* Dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deũ autem omnia poſſibilia ſunt. *Marc.* Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpondẽs Ieſus, ait: *Luc.* Ait autem Petrus. Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis: Amẽ dico vobis. Nemo eſt, qui reliquit domum, aut parẽtes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam. *Matth* Multi autem erunt primi nouiſſimi & nouiſſimi primi.

aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit. *Marc.* Amen dico vobis: Nemo eſt,qui reliquerit domum, aut fratres,aut ſorores, aut patrem, aut matrem,aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternam. Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

Parabola de operarijs in vineam conductis. Matth. 20.

MYSTERIVM 89.

1 SImile eſt regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. 2. Et egreſſus circa horam tertiam vidit alios ſtantes in foro otioſos,& dixit illis: Ite & vos in vineam meam,& quod iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autẽ exijt circa ſextam, & nonam horam: & fecit ſimiliter. 3. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios ſtantes,& dicit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. 4. Cum ſero autẽ factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. 5. Cum veniſſent ergo, qui circa vndecimam horam ve-

nerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi arbitrati ſunt, quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus. At ille reſpondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nõne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuũ eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

Lazarus ſuſcitatur. Ioann. 11.

MYSTERIVM *90.*

1 ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis eius. (Maria autẽ erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. 2. Audiẽs autem Ieſus dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. 3. Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tũc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis:

Eamus

Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus: nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi vidit: ſi autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. 4. Hæc ait, & poſt hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi: ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. 5. Venit itaque Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habẽtem. (Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim.) Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham, & Mariam, vt conſolarẽtur eas de fratre ſuo. Martha ergo, vt audiuit; quia Ieſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus: ſed & nunc ſcio, quia quæcumque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi:

Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti. 6. Et cum hæc dixiſſet, abijt, & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te. Illa vt audiuit, ſurgit cito, & venit ad eũ: nondum enim venerat Ieſus in Caſtellũ: ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cum vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit, & exijt, ſecuti ſunt eam dicẽtes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. 7. Maria ergo, cũ veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidā autem ex ipſis dixerũt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cœci nati, facere, vt hic non moreretur? 8. Ieſus ergo rurſum fremẽs in ſemetipſo, venit ad monumentũ. Erat autem ſpelunca: & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus: Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? 9. Tulerunt ergo lapidem: Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat, dixi: vt credant quia tu me miſiſti.

miſiſti. 10. Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foras. Et ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. 11. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus.

Conſultant Pontifices, & Phariſæi de perdendo Domino. Ioann. 11.

MYSTERIVM 91.

1 COllegerunt ergo Pontifices, & Phariſęi cõcilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. 2. Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. 3. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palã ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur

cum diſcipulis ſuis. 4. Proximum autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymã de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos. Quærebant ergo Ieſum: & colloquebantur ad inuicem, in templo ſtantes. Quid putatis, quia non venit ad diem feſtum? dederant autem Pontifices, & phariſæi mandatum, vt ſiquis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum.

Dominus mortem ſuam prædicit, filijs Zebedæi denegat primatum. Matth. 20. Mar. 10. Luc. 18.

MYSTERIVM 92.

1 MArc. Erant autem in via aſcendẽtes Ieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant: & ſequentes timebant. 2. *Matth.* Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, &. *Marc.* Cœpit illis dicere, quæ eſſent ei euentura: quia ecce aſcendimus Ieroſolymam, *Luc.* Et conſumabũtur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. *Mar.* Et filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & ſenioribus, & dã-

Luc. Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, *Marc.* Et aſſumens iterum duodecim. *Matth.* Et ait illis: Ecce aſcẽdimus Ieroſolymã, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eũ morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. *Luc.* Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: & poſt-

nabunt eum morte, & tradent eum gentibus: & illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum,& interficient eum: & tertia die reſurget. *Luc.* Et ipſi nihil horũ intellexerunt, & erat verbum illud abſconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur. 3. *Matth.* Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo. *Mar.* Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magiſter, volumus vt quodcumque petierimus, facias nobis. 4. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerũt: Da nobis, vt vnus ad dexterã tuam, & alius ad ſiniſtram tuã ſedeamus in gloria tua. Ieſus autem ait eis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibo: aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus. Ieſus autẽ ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis; & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini: ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, nõ eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt. *Matth.* A patre meo. 5. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. *Marc.* Iacobo, & Ioã-

quã flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget.

Matth. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuã, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit; Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sũ? dicunt ei: Poſſumus: ait illis: Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram nõ eſt meum dare vobis, ſed quibus paratũ eſt.

Marc. Et audientes decem cœperũt indignari de. *Matth.* Ieſus autẽ vocauit eos ad ſe, &

nc.Ie-

ne. Ieſus autem vocans eos, ait illis: Scitis, quia hi, qui videntur principari gẽtibus, dominantur eis: & principes eorum poteſtatẽ habent ipſorum. Non ita eſt autem in vobis, ſed quicumque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. Nam & filius hominis nõ venit, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuã redemptionem pro multis.

ait: Scitis qui a principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercẽt in eos. Non ita erit inter vos: ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis nó venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuam redemptionem pro multis.

Sanat Cœcos appropinquans Iericho.
Luc. 18. Matt. 20. Mar. 10.

MYSTERIVM 93.

1 L*Vc*. Factum eſt autem, cum appropinquaret Iericho, cœcus quidam ſedebat ſecus viã, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit, dicens: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipſe verò multo magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. 2. Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et cũ appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciã? At ille dixit: Domine, vt videã. 3. Et Ieſus dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illũ magnificans Deum.

Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudē Deo.

Egreſſus Ierico ſanat duos Cœcos.

M*Ar.* Et proficiſcēte eo de Ierico, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimęus cœcus ſedebat iuxta viā mendicās. Qui cū audiſſet, quia Ieſus nazarenus eſt, cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid, miſerere mei. Et cōminabātur ei multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Et ſtans Ieſus præcepit illū vocari. Et vocant cœcum, dicētes ei: Animęquior eſto: ſurge, vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens, venit ad eum. Et reſpondens Ieſus, dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cœcus autem dixit ei. Rabboni, vt videam. Ieſus autem ait illi: Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

Matt Et egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa, & ecce duo cœci ſedentes ſecus viam, audierūt, quia Ieſus trāſiret, & clamauerūt, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabāt, dicentes: Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis, vt faciā vobis? Dicūt illi: Domine, vt aperiātur oculi noſtri. Miſertus autem eorū Ieſus, tetigit oculos eorum. Et cōfeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eū.

Hoſpitio excipitur à Zachæo. Luc. 19. Mar. 10.

MYSTERIVM 94.

1 M*Arc.* Et veniunt Iericho: *Luc.* Et ingreſſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: Et hic princeps erat publicanorū, & ipſe

ipſe diues: & quærebat videre Ieſum, quis eſſet: & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum: quia inde erat tranſiturus. 2. Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illũ, & dixit ad eum. Zachæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcẽdit, & excepit illũ gaudens. Et cũ viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertiſſet. 3 Stans autẽ Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. 4. Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat.

Parabolam de decem mnis proponit. Luc. 19. *Et de diſtributis talentis.* Matth. 25.

MYSTERIVM 95.

1 LVc. Hæc illis audientibus adijciens, dixit parabolam, eo quòd eſſet prope Ieruſalem, & quia exiſtimarent, quòd confeſtim regnum Dei manifeſtaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decẽ ſeruis ſuis, dedit eis decẽ mnas, & ait ad illos; Negotiamini dum venio. 2. Ciues autem eius oderant eum; & miſerunt legationẽ poſt illum, dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factum eſt, vt rediret

accepto

accepto regno: & iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam, vt ſciret quãtum quiſque negotiatus eſſet. Venit autem Primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi: Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. 3. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repoſitã in ſudario: timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequam. Sciebas, quòd ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminaui: & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, vt ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decẽ mnas habet: Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, præcedebat aſcendens Ieroſolymam.

Parabola de diſtributis talentis. Matth. 25.

SIcut enim homo peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim. Abijt autẽ qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, &

lucratus

lucratus eſt alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcōdit pecuniam Domini ſui. Poſt multum verò temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Accedēs autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timēs abij, & abſcondi talentum tuum in terra; ecce habes, quod tuum eſt. Reſpōdens autem Dominus eius, dixit ei: Serue male, & piger, Sciebas quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi, oportuit ergo te committere pecuniā meam nummularijs, & veniēs ego recepiſſem vtique quod meū eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo: & inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium.

In caput Domini cœnantis effundit Magdalena vnguentum. Matt. 26. Ioan. 12. Mar. 14.

MYSTERIVM 96.

1 IOann. Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quē ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrabat, Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. 2. *Marc.* Et cum eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi. *Ioann.* Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis: *Marc.* Et fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius: *Ioan.* Et domus impleta eſt ex odore vnguenti. 3. *Marc.* Erant autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquā trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. *Ioan.* Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eū traditurus: Quare hoc vnguentum

Matth. Cum autem Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbētis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc? potuit enim iſtud venundari multò, & dari pauperibus.

Ioan. Dixit ergo Ieſus. *Marc.* Ieſus autem dixit: Sinite eam, quid illi moleſti eſtis?

guentum non venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eũ, ſed quia fur erat, & loculos habẽs, ea, quę mittebantur, portabat. 4. *Matt.* ſciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? *Ioann.* Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. *Mar.* Bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habebitis vobiſcum: & cum volueritis, poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habetis.

Ioan. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcũ: me autẽ nõ ſemper habetis. *Matth.* Opus enim bonum operata eſt in me. Semper pauperes habetis vobiſcũ: me autem non ſemper habetis. *Marc.* Amen dico vobis, vbicumque prædicatũ fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hęc, narrabitur in memoriam eius.

Quod habuit hæc, fecit; præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. *Matth.* Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. 6. *Ioan.* Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſt: & venerunt, non propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Digitized by Google

Dominus aſello inſidens Ieruſalem glorioſe ingreditur. Matt. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

MYSTERIVM 97.

1 MAtth. Et cum appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Oliueti: tũc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. *Mar.* Super quẽ nemo adhuc hominum ſedit. *Matth.* Soluite, & adducite mihi. *Luc.* Et ſi quis vos interrogauerit, quare ſoluitis? ſic dicetis ei. *Matth.* Quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filiũ ſubiugalis. 2. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. *Marc.* Et

Mar. Et cum appropinquarẽt Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim introeũtes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite, quia Domino neceſſarius eſt; & continuo illũ dimittet huc. *Luc.* Et factũ eſt, cũ appropinquaſſet ad Bethphage, & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos dicens: Ite in caſtellum, quod contra eſt, in quod introeũtes inuenietis pullum aſinæ alligatũ, cui nemo vmquam hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite. Et ſi quis vos interrogauerit. Quare ſoluitis? ſic dicetis ei: *Matth.* Et ſi

 abeun-

abeuntes inuenerũt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluũt eum. *Luc.* Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos. *Marc.* Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis, ſicut præceperat illis Ieſus. *Luc.* Quia Dominus eum neceſſarium habet. *Marc.* Et dimiſerunt eis. 3. *Matt.* Et adduxerunt aſinã, & pullum: & impoſuerũt ſuper eos veſtimenta ſua, & eũ deſuper ſedere fecerunt. 4. *Ioann.* In craſtinum autem turba multa, quę venerat ad diem feſtum, cum audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam: acceperũt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt: Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper pullum aſinæ.

quis vobis aliquid dixerit, dicite. *Marc.* Quia Domino neceſſarius eſt, & continuo illum dimittet huc. *Luc.* Quia dominus operam eius deſiderat. Abierũt autem, qui miſſi erant, & inuenerunt, ſicut dixit illis, ſtãtem pullum. *Mar.* Et quidam de illic ſtantibus, dicebãt illis. *Luc.* Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt: & duxerunt illũ ad Ieſum, & iactantes veſtimenta ſua ſupra pullũ impoſuerunt Ieſum. *Mar.* Et duxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimẽta ſua, & ſedit ſuper eum. Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via: alij autem frondes cœdebant de arboribus, & ſternebant in via. *Luc.* Subſternebant veſtimenta ſua in via. *Mar.* Et qui præibant, & qui ſequebãtur, clamabant, dicentes: Hoſanna, Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primũ: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo: & hæc fecerunt

runt ei. 5. *Luc.* Eunte autem illo. *Matth.* Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cœdebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: *Luc.* Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ diſcipulorum gaudẽtes laudare Deum voce magna ſuper omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis. *Matt.* Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebãtur, clamabant, dicentes: Hoſanna filio Dauid: Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis. *Marc.* Benedictum quod venit regnum Patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis. 6. *Ioann.* Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba; quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus poſt eum abijt. *Luc.* Et quidam phariſæorũ de turbis, dixerunt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. 7. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coanguſtabunt te vndique; & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper la-

pidem: eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Vendentes, & ementes iterum eijcit è templo: cæcos, & claudos curat. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19.

MYSTERIVM 98.

1 MAtth. Et cum intraſſet Ieroſymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? populi autē dicebant: Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ. 2. Et intrauit Ieſus in templum Dei. *Marc.* Et cum introiſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes in tēplo: & menſas nummulariorū, & cathedras vēdentium columbas euertit. Et non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templū: & docebat, dicens eis: Nonne ſcriptū eſt: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Vos autem feciſtis eam ſpelūcam latronum. 3. Quo audito principes Sacerdotum, & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. 4. *Matt.* Et ac-

Mar. Et veniunt Ieroſolymā. *Luc.* Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo, & emētes, dicēs illis: Scriptū eſt, Quia domus mea, domus orationis eſt: vos autem feciſtis illam ſpeluncā latronum. *Matt.* Et eijciebat omnes vendentes, & emētes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Et acceſſerunt ad eum cœci, & claudi in templo: & ſanauit eos. Videntes autem principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis: Vtique: nunquam legiſtis: Quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem?

Gentiles cupiunt videre Chriſtum. Parabola de grano frumenti in terram cadente. Ioan. 12.

MYSTERIVM 99.

1 ERant autem quidam Gentiles ex his, qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rurſum, & Philippus dixerũt Ieſu. 2. Ieſus autem reſpondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. 3. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. 4. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ Pater meus. 5. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea

veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat, dicebat tonitruum eſſe factũ. Alij dicebant: Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. 6. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. (Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? 7. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus: & abijt, & abſcondit ſe ab eis. 8. Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum: vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excœcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo. 9. Verumtamen & ex principibus multi crediderũt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur: Dilexerunt enim gloriam hominum

magis,

Digitized by Google

magis, quam gloriam Dei. 10. Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. Et qui videt me, videt eum, qui miſit me. Ego lux in mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit: ego non iudico eum. Non enim veni, vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eũ in nouiſſimo die. Quia ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Execrante Domino ficus areſcit continuò. Magnam eſſe vim fidei in oratione.

Matt. 21. Mar. 11. Luc. 19.

MYSTERIVM 100.

1 M*arc.* Et circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora. M*atth.* Relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam. M*arc.* Cum duodecim. *Matth.* ibique manſit. M*arc.* Et alia die cum exiret à Bethania. M*att.* Mane autem reuertẽs in ciuitatem, eſurijt. M*arc.* Cumque vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſi

Marc. Exijt in Bethaniam.

M*arc.* Eſurijt. M*att.* Et videns fici arborẽ vnã ſecus viã, venit ad eã: & nihil inuenit in ea,

quid forte inueniret in ea: & cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum.

niſi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur inſempiternum.

reſpondens dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet: & audiebant diſcipuli eius. *Matt.* Et arefacta eſt continuo ficulnea. 2. *Marc.* Et veniunt Ieroſolymam. *Luc.* Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum, & Scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere: & non inueniebant, quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum. 3. *Marc.* Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. *Matt.* Et videntes diſcipuli, mirati ſunt dicentes: Quo modo continuo aruit? *Mar.* Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Et reſpõdens Ieſus, ait illis: Habete fidem Dei. *Matt.* Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, nõ ſolum de ficulnea facietis. *Marc.*

Matt. Reſpondens autem Ieſus, ait eis: *Mar.* Amẽ dico vobis. *Matt.* Sed & ſi monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mari, fiet.

Quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. *Matt.* Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Marc.* Propterea dico vobis, omnia quæcũque orãtes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. 4. Et cũ ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus

ſus aliquem: vt & Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi vos non dimiſeritis: nec Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

Proponitur quæſtio de baptiſmo Ioannis, & Parabola de duobus filÿs, quorum alter verbo non re, alter re non verbo patri obtemperat. Matt. 21. Mar. 11. & 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 101.

1 M*Arc.* Et veniunt rur-
ſus Ieroſolymã. *Luc.*
Et factum eſt in vna dierum,
docente illo populum in tẽ-
plo,& euangelizante, cõue-
nerunt principes Sacerdo-
tum,& Scribæ cum ſeniori-
bus, & aiunt dicentes ad il-
lum: Dic nobis in qua pote-
ſtate hæc facis? aut quis eſt,
qui dedit tibi hanc poteſta-
tem? M*ar.* Vt iſta facias? 2.
Ieſus autem reſpondens, ait
illis: Interrogabo vos,& ego
vnum verbum, & reſponde-
te mihi: & dicam vobis in
qua poteſtate hæc faciam.
Baptiſmus Ioannis de cœlo
erat, an ex hominibus? re-
ſpondete mihi. At illi cogi-

Matt. Et cum veniſſent in templum, acceſſerũt ad eum docentẽ, principes Sacerdotũ,& ſeniores populi, dicẽtes: In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondẽs Ieſus dixit eis. *Marc.* Et cum ambularet in templo, accedũt ad eum ſummi Sacerdotes,& Scribæ, & ſeniores:& dicunt ei: In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hãc poteſtatem? ***Matt.*** Interrogabo vos,& ego vnum ſermonem: quẽ ſi dixeritis mihi,& ego vobis dicã, in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cœlo, an ex ho-

tabant

tabant ſecũ, dicẽtes: Si dixerimus, de cœlo, dicet, Quare ergo non crediditis ei? ſi dixerimus, ex hominibus, timemus populum. *Luc.* Plebs vniuerſa lapidabit nos: certi ſunt enim, Ioannem prophetam eſſe. *Marc.* Omnes enim habebant Ioannẽ, quia vere propheta eſſet: & reſpõdentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et reſpõdens Ieſus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciã: 3. *Marc.* 12. Et cœpit illis in parabolis loqui. *Matt.* Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem reſpondens, ait: Nolo. Poſtea autem pœnitentia motus, abijt. Accedẽs autem ad alterũ, dixit Similiter: At ille reſpondẽs, ait: Eo, Domine, & non iuit: quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Ieſus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ. & non crediditis ei, publicani autem & meretri-

minibus? *Luc.* Reſpondens autem Ieſus dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum, reſpondete mihi: Baptiſmus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabãt intra ſe, dicentes: Quia ſi dixerimus de cœlo, dicet, Quare ergo non crediditis illi? Si autẽ dixerimus, ex hominibus. *Matt.* At illi cogitabant intra ſe, dicentes. Si dixerimus, è cælo. dicet nobis: Quare ergo non crediditis illi? ſi autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbã: omnes enim habebant Ioannem ſicut prophetam. Et reſpondentes Ieſu, dixerunt: Neſcimus. Ait illis & ipſe: Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. *Luc.* Et reſponderunt ſe neſcire, vnde eſſet. Et Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio.

Digitized by Google

meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiã habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

Parabola de locata vinea. Matt. 21. Marc. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 102.

1 LVc. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. *Matth.* Aliam parabolã audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. *Luc.* Et ipſe peregre fuit multis tẽporibus. 2. *Matth.* Cum autẽ tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. *Marc.* Et miſit ad agricolas in tempore ſeruũ, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehenſum eum cœciderunt, & dimiſerunt vacuum. Et iterum miſit ad illos alium ſeruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affece-

Luc. Homo plantauit vineam, & locauit eã colonis. *Marc.* Vineam paſtinauit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt. *Luc.* Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanẽ. Et addidit alterum ſeruum mittere: illi autem hũc quoque cædẽtes, & afficientes contumelia, dimiſerunt inanem: & addit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt. *Marc.* Et agricolæ, apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt

runt. Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt: & plures alios, quoſdam cædētes, alios vero occidētes. 3. *Luc.* Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum, forſitan cum hunc viderint, verebuntur. *Marc.* Adhuc ergo vnum habens filium chariſſimum: & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia reuerebuntur filium meum. Coloni autē dixerunt ad inuicem: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum: & noſtra erit hæreditas. Et apprehendentes eũ, occiderũt: & eiecerũt extra vineam. 4. *Matt.* Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: *Luc.* Veniet, & perdet colones iſtos, & dabit vineã alijs. 5. Quo audito, dixerunt illi: Abſit. Ille autē aſpiciens eos ait: Quid eſt ergo hoc, quod ſcriptum eſt. *Matt.* Nunquã

illis ſimiliter. Nouiſſime autē miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meũ. Agricolæ autem vidētes filium dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite, occidamus eũ, habebimus hæreditatē eius. Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderũt. *Luc.* Quem cum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe, dicentes: Hic eſt hæres, occidamus illum, vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectũ illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? *Mar.* Quid ergo faciet dominus vineæ? veniet, & perdet colonos, & dabit vineam alijs, nec ſcripturam hanc legiſtis. Lapidem, quē reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? *Luc.* Lapidē, quē reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Omnis, qui ceciderit ſuper illum lapidem, cõquaſſabitur: ſuper quem

legiſtis

Digitized by Google

legiſtis in ſcripturis: Lapidē, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? à Domino factū eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit, ſuper lapidē iſtū, confringetur: ſuper quē vero ceciderit, cōteret eum. 6. Et cū audiſſent principes Sacerdotū, & phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret. *Luc.* Et quærebant principes Sacerdotum, & Scribæ mittere in illū manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim, quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc. *Matt.* Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam illū habebant.

autem ceciderit comminuet illum. *Marc.* Et quærebant eum tenere: Et timuerunt turbā. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit.

Parabola de Rege, qui fecit filio nuptias. Matth. 22.

MYSTERIVM 103.

1 ET reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. 2. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meū paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerūt: & abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negotiationem ſuam, reliqui vero tenuerunt ſer-

uos

uos eius, & contumelijs affectos occiderunt. 3. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatē illorum ſuccendit: Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. 4. Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali: & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

Sit ne tributum Cæſari pendendum, an non?
Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 104.

1 M*Att.* Tunc abeuntes phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. *Luc.* Et obſeruantes miſerũt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eum in ſermone, vt traderent eum principatui, & poteſtati præſidis. 2. *Mat.* *Mar.* Et relicto eo abierunt. Et mittunt ad eũ. *Luc.* Et interrogauerũt eum, dicẽtes: Magiſter ſcimus quia recte dicis, & doces: & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate doces: licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſiderans autẽ

& mit-

& mittũt ei diſcipulos ſuos. *Marc.* Quoſdam ex phariſæis. *Matth.* Cum Herodianis dicentes: Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominũ: dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? 3. Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. *Mar.* Afferte mihi denarium, vt videam. *Matt.* At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicũt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et audientes mirati ſunt. *Luc.* Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in reſponſo eius, tacuerunt: &, *Matt.* Relicto eo abierunt.

dolum illorũ, dixit ad eos, Quid me tentatis? *Mar.* Et Herodianis, vt eum caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei: Magiſter, ſcimus, quia verax es, & non curas quemquam: nec enim vides in faciem hominis, ſed in veritate viam Dei doces: licet dare tributũ Cæſari, an non dabimus? Qui ſciens verſutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? *Luc.* Oſtendite mihi denarium, cuius habet imaginẽ, & inſcriptionem? Reſpondentes dixerũt ei: Cæſaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sũt Cæſaris, Cæſari: & quę ſunt Dei, Deo. *Mar.* At illi attulerunt. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicũt ei: Cæſaris. Reſpondens autem Ieſus dixit illis: Reddite igitur quę ſunt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo.

Soluitur

Soluitur quæſtio Sadducæorum de reſurrectione. Matt. 22. Mar. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 105.

1 *Matth.* In illo die acceſſerunt ad eū Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum, dicētes. *Luc.* Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic ſine liberis fuerit, vt accipiat eā frater eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. *Matth.* Erant autē apud nos ſeptem fratres: & primus, vxore ducta, defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. *Luc.* Et ſequens accepit illam, & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam: ſimiliter & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. Nouiſſime omnium mortua eſt & mulier. *Mar.* In reſurrectione ergo cum reſurrexerint, cuius de his erit vxor? Septē

Luc. Acceſſerunt autē quidam Sadducæorū, qui negant eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum dicētes: *Marc.* Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe: & interrogabant eum dicētes: Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios nō reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo. *Matt.* Magiſter, Moyſes dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemē fratri ſuo. *Mar.* Septem ergo fratres erant. Et primus accepit vxorē, & mortuus eſt, non relicto ſemine. Et ſecundus accepit eam, & mortuus eſt: & nec iſte reliquit ſemen. Et tertius

enim

Digitized by Google

enim habuerunt eam vxorē? 2. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Nonne ideo erratis, nō ſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei? cum enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nubētur, ſed ſunt ſicut Angeli in cœlis. *Luc.* Filij huius ſeculi nubunt, & tradūtur ad nuptias: illi vero, qui digni habebuntur ſęculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubēt, neque ducent vxores: neque enim vltra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt, & filij ſunt Dei: cum ſint filij reſurrectionis. 3. Quia vero reſurgant mortui, & Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. *Matth.* Non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente nobis: Ego ſum Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? *Luc.* Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum: omnes enim viuunt ei. *Marc.* Vos ergo multum erratis. *Luc.* Reſpōdentes autem quidam ſcri-

ſimiliter. Et acceperūt eam ſimiliter ſeptē; & non reliquerūt ſemen. Nouiſsime omniū defuncta eſt & mulier. *Matt.* Similiter ſecundus, & tertius vſque ad ſeptimum. Nouiſſime autem omniū, & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptē vxor? omnes enim habuerūt eā. Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutē Dei. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. *Luc.* In reſurrectione ergo cuius eorum erit vxor? ſiquidem ſeptem habuerunt eam vxorē, & ait illis Ieſus. *Matt.* De reſurrectione autē mortuorum. *Marc.* De mortuis autē quod reſurgant, non legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego ſum Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Nō eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. *Matth.* Non eſt Deus mortuorū, ſed viuentiū,

barum dixerunt ei : Magiſter bene dixiſti: & amplius non audebant eum quicquam interrogare. *Matth.* Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.

Quodnam ſit maximum præceptum in lege. Matt. 22. Mar. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 106.

1 M*Atth*. Phariſæi autem audientes quòd ſilẽtium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum : & interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor. *Marc.* Et acceſſit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum. *Matth.* Tentans eum : Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?

2. *Marc.* Ieſus autem reſpondit ei, Quia primum omnium mandatũ eſt: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mãdatum. Secundum autem ſimile eſt illi : Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horũ aliud mandatum non eſt. *Matt.* In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. 3. *Mar.* Et ait illi Scriba: Bene

Matt. Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximũ, & primum mandatum, Secundũ autem ſimile eſt huic : Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Bene, Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam ſeipſum maius eſt omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs. Ieſus autem videns, quod ſapiẽter reſpõdiſſet, dixit illi: Nõ es longe à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.

Luc. Et amplius nõ audebant eum quicquam interrogare.

Quæſtio proponitur de Chriſto, cuius filius ſit. Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 107.

1 *MAtth.* Congregatis autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. 2. *Mar.* Et reſpondens Ieſus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Matth. ait illis.

Luc. Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid? Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorũ. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorũ. Dauid ergo Dominum illum vocat. Et quomodo filius eius eſt.

Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum, & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. *Luc.* Dixit autem ad illos? *Matt.* Quomodo ergo

Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? 3. Et nemo poterat ei reſpondere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

Docet Dominus audiendos, non imitandos Phariſæos, & Scribas, ijsque pœnas minatur.

Matth. 23. Mar. 12. Luc. 20.

MYSTERIVM 108.

1 M*Atth*. Tunc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, M*arc*. Et dicebat eis in doctrina ſua: M*atth*. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecũdum opera vero eorum nolite facere. 2. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificãt fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. 3. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et

Luc. Audiente autem omni populo, dixit diſcipulis ſuis. *Matth*. dicens:

patrem nolite vocare vobis ſuper terram : vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus. 4. Qui maior eſt veſtrũ, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur : & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. 5. *Luc.* Attẽdite à Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in Synagogis, & primos diſcubitus in cõuiuijs: qui denorant domos viduarum, ſimulantes longam orationẽ. Hi accipient damnationem maiorem. 6. *Matt.* Væ autem vobis Scribę, & Phariſęi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. 7. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ : quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes propter hoc amplius accipietis iudicium. 8. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelitum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos. 9. Væ vobis duces cœci, qui dicitis : Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti, & cœci, quid enim maius eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum? & quicũque iurauerit in altari, nihil eſt: quicumque autem iurauerit in dono, quod eſt ſuper illud, debet. Cœci: quid enim maius eſt, do-

Mar. Cauete à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in Synagogis, & primos diſcubitus in cœnis: qui deuorant domos viduarũ ſub obtentu prolixæ orationis. Hi accipient prolixius iudicium.

num, an altare, quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt, Et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipſo: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum. 10. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cœci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 11. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immũditia. Phariſæe cœce, munda prius quod intus eſt calicis, & paropſidis, vt fiat id, quod deforis eſt, mundum. 12. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quę à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. 13. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt: & vos implete menſuram patrum veſtrorum. 14. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas,

Digitized by Google

bas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templũ, & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. 15. Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Præfertur oblatio Viduæ. Marc. 12. Luc. 21.

MYSTERIVM 109.

1 Marc. Et ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum veniſſet autem vidua vna pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans. 2. Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus

Luc. Reſpiciens autem, vidit eos, qui mittebãt munera ſua in gazophylacium, diuites. Vidit autem & quamdam Viduam pauperculam mittentem æra minuta duo, & dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, pluſquam omnes miſit. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo,

nibus miſit, qui miſerunt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miſerunt: hæc vero de penuria ſua omnia, quæ habuit, miſit totum victum ſuum.

quod deeſt illi, omnem victum ſuum, quem habuit, miſit.

Prædicitur euerſio templi, & Ieruſalem.
Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.

MYSTERIVM 110.

1 M*Atth.* Et egreſſus Ieſus de templo, ibat. Et acceſſerũt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. *Luc.* Et quibuſdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet. *Marc.* Ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ. Et reſpondens Ieſus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? *Matth.* Videtis hæc omnia? Amen dico vobis. *Luc.* Hæc, quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. 2. *Mar.* Et cum ſederet in mõte oliuarum contra templũ,

Marc. Et cum egrederetur de templo. *Matt.* Ipſe autem reſpondẽs, dixit illis: *Luc.* Dixit. *Marc.* Non relinquetur lapis ſuper lapidẽ, qui non deſtruatur. *Matt.* Nõ relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Sedente autem eo ſuper mõtem olineti, acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes, Dic nobis quando hæc erũt? *Luc.* Interrogauerũt autem illum dicentes: Præceptor, quando hæc erũt? & quod ſignum, cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne ſeducamini: multi enim veniẽt in nomine meo, dicentes: Quia ego ſum. *Matt.* Et reſpondẽs Ie-

interro-

Digitized by Google

interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas: Dic nobis quando iſta fiēt? Et quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari? *Matt.* Et quod ſignum aduentus tui,& cōſummationis ſæculi? *Mar.* Et reſpondens Ieſus, cœpit dicere illis: Videte ne quis vos ſeducat: multi enim veniēt in nomine meo dicētes; quia ego ſum: & multos ſeducent. *Luc.* Et tempus appropinquauit, nolite ergo ire poſt eos. 3. Cum autem audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum. Et terremotus magni erunt per loca, & peſtilentia, & fames, terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt. *Matth.* Hæc autem omnia initia ſunt dolorū. 4. *Luc.* lus dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat, multi enim veniēt in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorū, videte ne turbemini, oportet enim hæc fieri, ſed nondū eſt finis. Conſurget enim gens in gentem, & regnū in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. *Mar.* Cum audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hec fieri: ſed nondū finis. Exurget enim gens contra gētem, & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames: initium dolorum hæc. *Luc.* Continget autem vobis in teſtimonium. *Marc.* Nolite præcogitare, quid loquamini. *Luc.* Trademini autē à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum. *Marc.* Qui autem ſuſtinuerit in finē, hic ſaluus erit. *Marc.* Cum autē videritis abominationem deſolationis ſtantē, vbi non debet, qui legit intelligat. *Luc.* Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant

Sed

Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus ſuas, & perſequentur tradẽtes in ſynagogas, & cuſtodias, trahẽtes ad Reges, & prę. ſides propter nomẽ meũ. *Marc*, Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in concilijs; & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides, & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euãgelium. Et cum duxerint vos tradentes. 5. *Luc.* Ponite ergo in cordibus veſtris, nõ præmeditari quemadmodum reſpondeatis. *Marc.*

ad montes: & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: *Matt.* Tũc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, nõ deſcendat tollere aliquid de domo ſua; & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Væ autẽ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. *Marc.* Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus: Orate vero, vt hyeme non fiant. *Matt.* Erit enim tũc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet: *Matt.* Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret salua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

Sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. *Luc.* Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. *Marc.* Non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus. 6. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium; & conſurgent filij in parẽtes, & morte afficient eos. *Matth.* Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. *Luc.* Et capillus de capite veſtro non peribit. 7. *Matt.* Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt

inuicem.

inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 8. *Luc.* In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Matt.* Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tũc veniet conſumatio. 9. *Luc.* Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote; quia appropinquauit deſolatio eius. *Matt.* Cũ ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta. *Marc.* Vbi non debet. *Matth.* In loco ſancto, qui legit, intelligat. *Marc.* Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat, vt tollat quid de domo ſua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum. *Luc.* Quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt. 10. Væ autem pregnãtibus & nutrientibus in illis diebus. *Matt.* Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbato. *Marc.* Erunt enim dies illi, tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quã condidit Deus vſque nunc, neque fient. *Luc.* Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Ieruſalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationũ. *Mar.* Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro; ſed propter electos, quos elegit, breuiauit dies.

Digitized by Google

Prædicitur aduentus filij hominis, & eius ſigna. Matth. 24. Mar. 13. Luc. 21.

MYSTERIVM III.

1 M*Atth.* Tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt) etiam electi. *Marc.* Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia. 2. *Matth.* Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

Marc. Et tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna, & portenta ad ſeducẽdos, ſi fieri poteſt, etiam electos.

3. *Luc.* Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuũ: areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi: nam virtutes cœlorum moue-

Marc. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam, Sol contenebrabitur, & Luna nõ dabit ſplendorem ſuum: & Stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis ſunt, mouebuntur. Et tunc videbũt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria, & tunc mittet Angelos ſuos, & cõgregabit electos ſuos à quatuor ventis à

buntur

buntur. 4. *Matt.* Statim autem poſt tribulationem dierum illorũ, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadẽt de cœlo, & virtutes cœlorũ cõmouebuntur, & tũc parebit ſignũ filij hominis in cœlo; & tunc plãgent omnes tribus terræ: & videbunt filiũ hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & cõgregabũt electos eius à quatuor ventis à ſummis cœlorum, vſque ad terminos eorum. 5. *Luc.* His autẽ fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinẽ: *Matt.* Ab arbore autem fici diſcite parabolam: cum iã ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas: ita & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. 6. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia,

ſummo terræ, vſque ad ſummum cœli. *Luc.* Et tunc videbunt filium hominis veniẽtẽ in nube cũ poteſtate magna, & maieſtate. *Mar.* A ficu autem diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcetis, quia in proximo ſit æſtas: Sic, & vos cum videritis hæc fieri ſcitote, quod in proximo ſit in oſtijs. Amen dico vobis, quoniã nõ tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. *Luc.* Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producũt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas: ita & vos cũ videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei. Amen dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibũt. *Marc.* De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus pater.

omnia hæc fiant. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. *Marc.* De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque filius, niſi pater.

Quomodo nos ad Domini aduentum parare debeamus, Matt. 24. Mar. 13. Luc. 17. 18.

MYSTERIVM 112.

1 M*Arc.* Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit. 2. *Luc.* 21. Attẽdite autem vobis, ne forte grauẽtur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ; & ſuperueniat in vobis repentina dies illa: tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedẽt ſuper faciẽ omnis terræ. Vigilate itaque, omni tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſũt, & ſtare ante filium hominis. 3. *Matth.* Sicut autem in diebus Noe, ita erit, & aduentus filij hominis. *Luc.* 17. Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Edebãt, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vſque in diem, qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuiũ, & perdidit omnes. Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: Edebant, & bibebant: emebãt, & vendebant: plantabãt, & ædificabant. qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem, & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora, qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter nõ redeat retro. Memores eſtote vxoris Lot. Quicumque quæſierit animam ſuam ſaluã facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto

lij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur. 4. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domũ ſuam. Ideo & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora filius hominis venturus eſt. 5. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniã ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. 6. Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire; & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis: veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & ſtridor dentium. 7. *Mar.* Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit

vno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur: duæ erunt molétes in vnum, vna aſſumetur, & altera relinquetur: duo in agro vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Reſpondẽtes dicũt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis: Vbicũque fuerit corpus, illuc & congregabuntur & aquilæ.

ſeruis

ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo, (neſcitis enim quando Dominus domus veniat; ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autē vobis dico, omnibus dico, Vigilate. 8. *Luc.* 18. Dicebat autem & parabolā ad illos, quoniā oportet ſemper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadā ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædā erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſthæc autē dixit intra ſe: Et ſi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me. Ait autē Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die, ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra.

Parabola de decem virginibus. Matth. 25.

MYSTERIVM 113.

1 TVnc ſimile erit regnum cœlorum decē virginibus: quæ accipiētes lāpades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. 2. Quinque autem ex eis erāt fatuæ, & quinque prudentes: ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum: prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. 3. Moram autem

faciente

faciente Sponſo, dormitauerunt omnes, & dormierũt. Media autem nocte clamor factus eſt: ecce Sponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerũt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. 4. Dum autem irent emere, venit Sponſus: & quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime verò veniunt, & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.

Ratio ſupremi iudicij. Matt. 25. Luc. 21.

MYSTERIVM 114.

1 MAtt. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cũ eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ; & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis: & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris. 2. Tũc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. 3. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis

Digitized by Google

me: in carcere eram, & veniſtis ad me. 4. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitē, & collegimus te: aut nudū, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis: quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. 5. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potū: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & nō viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitiētem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. 6. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: Iuſti autem in vitam æternam. 7. *Luc.* Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

MEDI-

MEDITATIONES

De renouatione Votorum.

Præfatio.

INter cætera, & conſeruandæ, & augendæ pietatis adiumenta, maximum, & noſtræ Societatis proprium eſt inſtauratio votorum. Etenim, cum ſit nemo, qui non ſatis magno cum feruore principio aggrediatur hoc genus vitæ ſeuerioris, nihil eſt tàm pertimeſcēdum, quam ne feruor ille paulatim reſtinguatur, aut refrigeſcat. Quod in tanta infirmitate naturæ, in perpetua dæmonum oppugnatione, rebus humanis aſſiduè ad ſe blanda, & iucunda ſpecie allicientibus, facillimum factu eſt; niſi vir pietatis ſtudioſus in perpetua quadam vigilia, & neruorum contentione perſiſtat. Quamquam quin brachia remittamus interdum, & quodam impetu naturæ ruentis in preceps abripiamur, fieri non poteſt. Idcirco S. Ignatius, cum omnia circumſpexiſſet, in quibus irrepere ſenectus, & torpor in pios animos poſſet, & malum nullum obliuione ſuſcepti conſilij, remiſſione priſtini feruoris, aſſuetudine, & callo quodã, qui in rerum ſpiritualium tractatione paulatim obducitur, communius, & pernitioſius comperiſſet, illi maximè occurrendum putauit. Quam ob rem inſtituit, vt qui nondum certum in gradum Societatis admiſſi eſſent, illi bis ſingulis annis ſua vota renouarēt. Cæteri verò quippe quos magis iam deceret in virtute corroboratos eſſe, ſemel generali confeſſione tantùm, & manifeſtatione conſcientiæ vterentur. Atque ea renouatio, vt

tanto maiore cum attentione fieret, & conatu, voluit etiam quam maximo cum externo apparatu celebrari; vt externa illa ſpecies ad rei grauitatem, præſtantiamque conſiderandam ſegnes animos excitaret.

Hæc ergò cum animaduerterem, viderem que ſapientiſſime inuenta, & conſtituta, niſi ſit qui bene vtatur, vſum amittere; nõnulla breuiter obſeruaui, atque collegi, quæ non inutilia fore exiſtimaui ad eum fructum, quem par eſt ex tàm ſalutari, & prudenti inſtituto percipiendum. Rem (vnà cum S. Ignatio) tres in partes diuiſi. Prima pertinet ad expurgandum vitijs animum; quod per contritionem, & confeſſionem generalem fit. Altera in emendatione, & reformatione perfecta totius hominis interioris, exteriorisque verſatur, cum qua coniungitur explicatio conſcẽtiæ, optimum vitæ corrigendæ præſidium. Tertia eſt vitæ religioſæ conſideratio, vbi agitur de Votis, vt quidnam toties diuinæ Maieſtati promittamus, diligenter, attentèque reputemus. Quidquid ſit, vtile quamplurimum, & quamplurimis cupio eſſe; vt ex tàm præclara conſuetudine tanto maior Parenti optimo, ac Præceptori noſtro S. Ignatio, qui eam primus induxit, & Deo, cuius conſilio, inſtinctuq; induxit, gloria, & honor exiſtat.

PARS

PARS PRIMA MEDITATIONVM
De renouatione Votorum.

MEDITATIO PRIMA.

Quæ natura, quæ origo, quis finis ſit renouationis Votorum.

PRIMVM Caput. Quidnam ſit renouatio, ſiue inſtauratio votorum. Nihil eſt aliud, quàm veteris illius, & miſeri ſtatus, ex quo traducti ad Religionem ſumus, recordatio, & repræſentatio quædam: vt quid fuerimus, quid ſimus agnoſcentes, quod ſumus ex Deo, Deo etiam ſimus. Quare cogitatione conſtituamus nos in priſtina illa vita, coramq; Deo illo in habitu ſiſtamus, ei quidquid præter eas miſerias in nobis eſt, acceptum relaturi: perſimili modo, atque ſi ex infima plebe aliquis adoptatus à Rege in filium, ſingulis annis certo die in ſuo illo veteri, ac ſordido veſtitu coram Rege appareret, ſuam conditionem, ac regiam benignitatem eadem opera teſtaturus. Hæc conſuetudo perpetuò à S. Eccleſia ſeruatur. Memoriam enim rerum iam pridem geſtarum ita recolit, vt eas repræſentare conetur, & nobis ante oculos ponere, ac ſi eo ipſo tempore gererentur. Hinc illæ voces. Hodie Chriſtus natus eſt. Immo Chriſtus Dominus ſacroſancti ſui ſacrificij perpetuam eſſe voluit in Sancta Eccleſia repræſentationem, eamque non adumbratam, ſed veram.

Digitized by Google

Secundum Caput. Renouationis votorũ quænam fuerit origo, non enim recens, & temere inducta eſt, non paulatim irrepſit hæc conſuetudo in Societatem: ſed vel cum ea orta eſt, vel ante eam, vt ex vita S. Ignatij ſatis apparet. Rem autẽ adeò noſtram, & antiquam primùm amplecti nos ſummo ſtudio decet, tueri, ac venerari, deinde operam dare, vt ex conſideratione eius pietatis, qua ſua vota primi noſtri Parentes inſtaurabant, noſtra etiam pietas exardeſcat: vt quos ardore animi, ac feruore pietatis, vult à nobis S. Ignatius ſuperari, eos nos imitari ſaltem, atque æmulari conemur.

Tertium Caput. Quem ad finem inſtituta ſit renouatio votorum. Primo. Inſtituta eſt ad renouandam memoriam fidei Deo per vota obligatæ, vt ea recordatio ſemper recẽs ſit, ſemper quodãmodo vigeat: ſemper nobis animo obuerſetur, dicamusque cum Propheta. Nunc cœpi. Secundo. Vt iteretur prima illa promiſſio. Idque non ſolum fiat eo animo, vt nũc primùm eſſemus vota facturi, niſi antea feciſſemus: ſed multo alacrius, quàm primum fecimus: quippe qui non modo impulſi Deo ſeruiendi deſiderio, ſed etiam experti iam nos ipſi diuini obſequij, & votorum vtilitatem, ijs nos rurſum obligemus. Tertio. Vt renouatis vinculis, & nouis quaſi ictibus confirmatus, ſtabilior in vocatione animus perſiſtat. Quarto. Denique qui fructus eſt præcipuus, vt prima illa vocationis gratia efficax, & potens, vel exſuſcitetur, ſi noſtra incuria fuerit conſopita, vel ſi viua, & integra ſeruata fuerit, noua acceſſione cumuletur.

tur. Ex his omnibus tria ſequentur. Primò, in præteritas renouationes inquiſitio. Secundò, dolor ex negligentia, & remiſſione, qua illas tractauerimus. Tertiò, conſilium, ac firmum decretum in iis, quæ ſequuturæ ſunt, impenſius laborandi.

MEDITATIO II.

De fine Hominis.

PRimum præludium eſt, vt fingamus nos eſſe corã diuina Maieſtate: vbi videamus res creatas omnes hac vna in re occupatas, & quodammodo laborantes, vt ei gloriam tribuant, quam quæque ſuo in ſtatu maximam poteſt.

Alterum vt petamus gratiam, qua penitus neceſſitate, præſtantia, pondere, ac momento tantæ rei, quanta eſt diuina gloria, cognitis, in eam vnã toti, quo par eſt ſtudio, incumbamus.

Primum Caput eſt, intelligere quid ex Deo, quid ex nobis ſimus, quod fiet per ſpoliationem quamdã exemplo illius, quẽ ſupra fingebamus à Rege adoptatum, grati animi ſignificandi cauſa, ſua ſibi interdum ornamẽta detrahere, & ea Regi reſtituere, à quo accepiſſet. Prouoluti ergo corã diuina Maieſtate, quæcumque in nobis ſunt, velut quaſdam veſtes ſingillatim deponemus, & quodãmodo ad pedes illius abiiciemus, quemadmodũ ſeniores illi detractas ſibi coronas abiiciebãt ad pedes Agni. Primum exuenda eſt veſtis Religionis cum bonis innumerabilibus, quæ ſecũ affert. Deinde veſtis diuinæ gratiæ vnà cũ virtutibus, &

donis ipſius: Poſtremò veſtis naturæ: huius autem partes ſeparatim conſiderandæ ſunt.

Primum. natura humana Dei eſt: abijciatur ergo in cumulum veſtium, quas ante reddidimus: tum natura ſentiens à Deo item eſt: Deo reddatur: reddatur & vita: reſtat natura nobis cum rebus inanimis communis; at hanc ex nobis non habemus, deponamus. Quid iam reliquũ eſt, noſtrum quod ſit? Nihil. Tantam mendicitatem, & miſeriam vbi attentius conſiderauerimus, Deo iubente ad cumulum depoſitarum veſtium accedemus, easque ſingulas ordine nobis iterum induemus. Primum naturæ inanimæ animata accedet, huic ſentiens, ſentienti rationalis: ex quibus ſtatim exiſtet homo. Deinde homini gratiæ pulcherrimus, & pretioſiſſimus apponetur ornatus; huic vltimus Religionis, cui Deus pollicetur etiam gloriæ veſtem immortalem acceſſuram: hinc vero tum noſtræ dignitatis, tùm diuinæ bonitatis cognitio, & admiratio exiſtet.

Secundum caput eſt, cognita iam noſtra origine, & beneficentia diuina, inquirere quemnam ad finem Deus nos tales procrearit: cur tàm multis donis ornarit: Pecus ſtatim vt oritur, fertur ad paſtum: neque enim quem ad finem genita ſit ratiocinando poteſt inuenire: nos poſſumus, & debemus. Quod ſi videbimus nihil ex nobis exigere Deum præter laudem & gloriam: tùm finis noſtri præſtantiam intelligemus, tùm nihil præter eum ſpectandum eſſe ſtatuemus.

Tertium caput. Quid impulerit Deũ, cui nihil poteſt accedere, vt nos ita procrearet. In hominibus

nibus quandocumque de aliquo benemerentur, facilè priuatum aliquod commodum reperies. Hinc exiſtunt quinque ad amandum Deũ, & eius gloriam quærendam incitamẽta. Primum eſt Dei erga nos meritorum, & debiti noſtri magnitudo. Secundum præſtantia noſtri finis, & obſequij diuini. Tertium tanti Regis, ac Domini Maieſtas. Quartum præmij magnitudo, cum tot gratiæ donis, ac naturæ acceſſura ſit etiam veſtis immortalitatis, & ſtola gloriæ. Quintum charitas, qua nos ita dilexit.

MEDITATIO III.

De triplici Gloriæ menſura, quæ Deo debetur.

PRimum caput eſt, cogitare primam menſurã. Ea eſt tanta, quanta Dei præſtãtiæ par ſit, ita, vt infinitam illam capacitatem tõtã penitus expleat. Hãc ſolùm Deus ipſe ſibi tribuit. Nos eius magnitudinem ita metiemur. Fingamus quot nũc ſunt, quot fuerunt, & futuri ſunt homines, omnes eſſe ſanctiſſimos, neque niſi in tribuẽda Deo gloria occupari: ſit, quæ à ſingulis tribuitur, magna, tum quæ ſparſa eſt in tanta multitudine, vnum in cumulum congeratur: magnum quiddam ſine dubio efficietur, Dei tamen dignitatem non adæquabit. Fingamus quæcumque creata ſunt vti ratione: creatarum rerum numerus quantus ſit vix poſſumus cogitare, ſingulæ illum in cumulum quantam poſſunt laudem diuinam conijciant: nõdum celſitati Diuinæ par erit. Accedant curiæ

cœleſtis,

cœleſtis, puriora illa, & facundiora ſtudia, ſinguli vnà cum Beatiſſima Virgine, & Chriſti Domini ſanctiſſima humanitate in eodem illo cumulo, quantum poſſunt exagerando laborent, cum in infinitũ excreuiſſe videbitur: Adhuc erit Dei excellentia infinitis partibus minor. Hic iam ſi ſuã quiſque, quam cõtulit, particulam requirat, quãtula erit? Hæc autem ipſa, quid ſi cum Dei dignitate conferatur? euaneſcet. Ex his fiet primo vt ſe quiſque abijciat, & contemnat. Secundo. vt ſancto quodam rubore perfundatur. Tertio. vt quam re nequit parem Deo laudem perſoluere, certè voluntate perſoluat; ex eaque gaudeat, qua ſe ipſe Deus pro meritis, & dignitate muneratur. Quarto. vt ſuam illam particulam veluti guttam in Oceanum gloriæ: quam & res omnes Deo, & ſibi ipſe tribuit, coniectam vnà cum immenſa illa diuinæ offerat maieſtati.

Alterum caput eſt, cogitare ſecundam menſuram. Hæc eſt perpetua in diuinis laudibus attentio, qualis eſt Beatorum: At nos neque hanc aſſequi poſſumus in hac vita. Sæpè enim naturæ infirmitas, ſæpe proximi cura; nonnũquam propria, & inſtituti ratio interpellat. Quare ad amorem patriæ cœleſtis excitandus eſt animus: vbi his curis omnibus liber Deo ſolum perpetuò vacet.

Tertium caput eſt, cogitare tertiam menſurã; quam & debemus, & poſſumus in hac vita Deo perſoluere. Hæc autem, vt quam fieri poteſt pura, conferta, & cumulata reddatur. Primum culpæ omnes mortiferæ penitus tollendæ ſunt. Deinde veniales ſummo ſtudio fugiendæ. Tertio res, &

opera

opera ſuperuacanea reſecanda. Quando denique in neceſſarijs, pijſque actionibus nulla ſunt priuata commoda ſpectanda, non vtilitas aliqua, non fama pietatis, neque etiam pax illa, & tranquillitas, quæ virtutis eſt comes, non æternæ gloriæ præmium, aut pœnæ fuga, ſed ſolum quantum fieri poſſit, laus, & gloria Dei quam maxima. Neque ſolum opera, ſed facultates animæ omnes, & anima ipſa dicanda eſt Deo, vt non ſolum fructus, verùm etiam arborem: neque hanc ſolùm, ſed hortum, & agrum ipſum ei, à quo accepimus, reddamus, vt ipſe deſcendens in hortum ſuum fructus decerpat.

MEDITATIO IV.

Quibus in rebus, & quanta Deo gloria tribuenda ſit.

PRimum animaduertendum eſt Dei gloriam latiſſimè patere: tanta eſt enim diuina vis, & maieſtas, vt nulla res omnino ſit, quæ Deo gloriam non tribuat. Dæmones, & homines mali ijs pœnis, quas apud inferos luunt, diuinam iuſtitiã laudant inuiti: res anima, & ratione carentes, ſua quæque natura minime ſentiens; vniuerſitas hæc varietate, pulchritudine, perpetuitate, atque conſtantia, ſui prædicant authoris gloriam. At homo vt eſt quoddam rerum omnium compendiũ, ita debet maximè Deo gloriam reddere. Primum non committere, vt vel ab inuito Deus extorqueat cum damno, quod ipſe vltro poſſit offerre cum

cum lucro. Deinde cum ratione præditus ſit, & harum rerum non Dominus ſit, ſed patronus etiã conſtitutus, quam illæ humilem, & mortuam quodammodo laudem tribuunt Deo, eam ipſam tenetur nobilitare, & animare, vt fiat omnium rationabile obſequium.

Itaque primùm, mens, & intelligentia diuinæ gloriæ conſecranda eſt, quam præclariſſimam, ampliſſimamque notionem informãdo illius præſtantiſſimæ naturæ. Secundo, Voluntas, quæ cum Dei voluntate tùm coniunctiſſima ſit in omnibus in rebus; tùm ita erga illum affecta, vt de eius bonis infinitis gaudeamus, & ſi noſtra eſſent, in ipſum eſſemus omnia collaturi. Tertio, lingua ſacris hymnis, & pſalmis &c. Dei gloriam celebrando. His autem tribus rebus à cæteris ratione carentibus diſcrepamus. At his quarto adiungenda ſunt opera, in quibus conuenimus in eo cum belluis, & inanimis, quod ſicut illæ non poſſunt, ita neque nos poſſumus Dei gloriam impedire, quatenus opera quædã naturalia ſunt; differimus in eo, quia nos poſſumus ea, quaſi intercipere, quatenus opera ſunt moralia, quod tamen ſolum nobis eſt pernicioſum, quia præpotens illa maieſtas, quam gloriam volentes interuertere impij conantur, eam ſupplicio exigit à nolentibus.

Secundò, Conſiderãdi ſunt gradus diuinæ gloriæ, quos ex multiplici lumine, & gratia diuina quærere debemus, ſiquidem pius ille parens, qui noſtrum requirit obſequium, non dedignatus eſt ſimul etiam ſignificare, quomodo, qua in re ſibi nos obſequi vellet. Primum ergo eſt lux, & cognitio

gnitio naturalis. quid enim à nobis velit Deus, tacito quodam naturæ monitu intelligimus. Secundo. eſt lumen reuelatum diuinitus in ſacris litteris. Tertio. lumen vocationis religioſæ in vniuerſum. Quarto. Noſtræ vocationis priuatim. Quinto. Eſt cognitio quædam diuinæ voluntatis ex varietate graduum, ſacerdotis, laici, &c. Sexto, Ex varietate ſtatuum, vt nouitij, ſcolaſtici, &c. Septimo. Ex varietate munerũ, atque miniſteriorũ in quolibet ſtatu, vel gradu, vt confeſſarij, concionatoris, profeſſoris, ſuperioris &c. Octauo. Eſt proprius cuiuſque inſtinctus; proprium talentum; in his omnibus diuina gloria nobis quærenda eſt, quod ſi in nullo opera noſtra deſideretur, concentus quidam iucundiſſimus exiſtet.

Tertio. In rebus omnibus, & gradibus, quos diximus; quantanam, quo animo, ac ſtudio, quam pura, quamdiù ſit quærenda Dei gloria, vt ſciamus, exemplar nobis Chriſtum Dominum proponamus; ipſe enim humanam cum induit naturam, & res, in quibus nos occupamur, tractauit, præ cæteris bonis, quæ nobis attulit, etiam fecit, ne vlla in virtute, atque actione deeſſet exemplar certiſſimum, atque abſolutiſſimum, ad quod vitã noſtram corrigere, & cõformare nos oporteret.

MEDITATIO V.

De Inſtrumentis ſupernaturalibus ad noſtrum finem conſequendum.

PRimum caput eſt, cum admiratione diuinæ benignitatis percenſere, ac põderare hæc inſtrumenta.

ſtrumenta. Cum enim quemadmodum diſcipulo libri, & ſua cuique opifici inſtrumenta neceſſaria ſunt, ità nobis neceſſaria eſſent adminicula aliqua, quibus ad noſtrũ finem peruenire poſſemus; videndum eſt ad hanc rem, quàm aptè, quàm copiosè nos Deus inſtruxerit. Ex ijs autem, quæ ſupra naturam ſunt (nam finis, qui ſuperat vires naturæ, non ea ſolùm præſidia requirebat, quæ dederat natura.)

Primum eſt Chriſtus Dominus, in quo tria præcipuè ſunt animaduertenda, merita, quorum participes efficimur, doctrina, qua nos erudit, exempla, quibus & docet, & mouet. Secundum eſt Diuina gratia, ſancti Spiritus dona, conſolationes cœleſtes, &c. Tertium Sacramenta quædam omnibus communia, vt Baptiſmus, Chriſma, Euchariſtia, Pœnitētia, Extrema vnctio. Duo certis gradibus conuenientia, alterum ad ſpiritualis, alterum ad humanæ ſobolis propagationem, Quartũ, Religioſum inſtitutum: multo enim excellentius illa nobis ſuppetunt in Religione propter multas, quas affert opportunitates. In ea ſunt vota, ſunt certæ leges, ſeu regulæ, eſt ſuperiorum ductus, eſt eruditio, inſtitutioque patris ſpiritualis, & aliorum, ſunt ritus, ac conſuetudines piæ, ſunt munera, ac miniſteria exercendæ virtutis, eſt denique ſocietas fratrum, conuerſatio religioſa.

Secundum caput eſt. Ex his præſidijs tot, at tãtis argumentari, quam ſuaue ſit obſequium diuinum: quam expedita, & inſtructa ſit via, quæ nos ad finem noſtrum deducit.

Tertium caput eſt, Animaduertere in vſu horũ

præſi-

præſidiorum, quales nos præbere debeamus. Primo in ijs vſurpandis remouēda ſegnities eſt, languor, & torpor. Nam gladius, quamuis acutus nō admodum ferit, ſi languide tractes. Deinde curandum eſt, vt ſubiectos nos & tractabiles, & obſequentes preſtemus Deo, ac moderatoribus noſtris, vt qua ipſis placet via nos potiſſimum ducant. Ita ſequenda eſt diuina voluntas. Primo. in tempore, ſerius, aut citius ad perfectionem perueniendi. Secundo. in modo, ſeu velit nos per cōſolationes, & gaudia, ſeu per moleſtias ducere. Tertio. in officijs, & muneribus, quæ Religio iniungit. Quarto. in ipſa virtutum exercitatione, ea ſemper aſſumendo inſtrumenta, quæ moderatores proponunt, eam virtutis mediocritatem, quam ijdem definiunt ſectando.

MEDITATIO VI.

De Inſtrumentis naturalibus.

PRimum caput eſt conſiderare, quæcumque creata ſunt, inſtrumēta eſſe, quibus ad noſtrū finem conſequendum adiuuemur. Circumſpice igitur omnia: ſingula contemplare: tibi tanta rerum pulcherrimarum varietas famulatur. Cur autem? vt ad finem tuum contendas. Triplicem autem vſum maxime præbent. Primo. neceſſitati, commoditati, voluptati, ac relaxationi mortaliū ſeruiunt. Deinde occaſionem, & materiam ſubminiſtrant multas exercendi virtutes, vel erga Deum, vel erga proximos, vel erga nos ipſos per oblatio-

oblationem, eleemoſynam, contemptum, abſtinentiam,&c. Poſtremò ducũt nos in Dei notitiã; quippe cum in omnibus ſicut in tabula adumbrata ſit opificis imago, & in ſingulis aliquod veſtigium immenſæ illius pulchritudinis,potentię,bonitatis, &c. appareat.

Secundum caput eſt animaduertere, cum ad vtilitatem noſtram hæc procreata ſint; tamen quoniam in deprauata natura fomes, & illecebra peccandi reſedit, poſſe etiam plurimum nocere. Etenim cum ſint neceſſaria, vulgo homines non moderatè, ſed veluti beſtiæ ad obiectum paſtum, ad ea cum impetu quodam feruntur, & inſatiabili fame inter ſe certant, vt quiſque quamplurimum rapiat; hinc inuidiæ, inimicitiæ, odia, &c.

Tertium caput eſt inquirere diligẽter, ac perueſtigare, quænam in harũ vſu rerum ratio tenẽda ſit. Nam ſi & nocere nobis poſſunt, & prodeſſe; & ſunt genitæ,vt proſint, ac per nos etiam ipſæ viuam quandam ſuo parenti gloriã perſoluant. Videndum eſt, ne ſi non vtamur ad diuinam gloriam,ſed ad perniciem noſtram abutamur,ſuo ipſas fine, nos ipſos merito, Deum gloria fraudemus, eademque re rebus omnibus inferamus iniuriam. Quare, vt optimus earum vſus inueſtigetur,hęc animaduertenda ſunt. Primum,penitus abijciendas non eſſe,quia neceſſitas non patitur, deinde ad quatuor veluti capita præcipua, aut fontes reuocari à S.Ignatio in fundamento,ad vitam,ſanitatem,honores, & diuitias. Quare erga hæc præcipue moderandus affectus erit. Et quidẽ

detracta

detracta vitæ cupiditate, ac temperata, quæ eſt veluti fundamentum, reliqui affectus facile per ſe corruent. Sũma in hoc cõſiſtit, vt cognitione quadam practica, euidenti, certa, intelligamus illa, & prodeſſe, & nocere poſſe, ita vt non per ſe ipſæ amentur, vt bonæ, ſed eatenus amentur, quatenus opportunæ, atque vtiles ſunt ad noſtri finis adeptionem. Hanc lucem, & cognitionem in libro exercitiorum ſpectat ſemper S. Ignatius.

Priuatim autem primum vita, & ſanitas moderatè amanda, & tuenda eſt, vt inſtituti noſtri muneribus ſatisfacere poſſimus. Secundo. De honore, & diuitijs iam ſtatuimus ijs in rebus, quarum eſt neceſſarius, & permittitur vſus: vt febri, & ſiti æſtuantes auctoritati medentium, ita nos voluntati ſuperiorum parere debemus. Tertio. Si qua re indigeamus, in admonẽdo ſuperiore præcepta S. Ignatij ſeruentur. Primum. Res verè neceſſaria ſit. Secundo. Adhibita prius oratione ſuper ea re Deum conſulamus. Tertio. Sine amplificatione, ſimpliciter, non ambitioſe, aut callidè, vt ſe res habet, exponatur. Quarto. Animus interim in libra quadam pari, & æquata conſtituatur, vt ad neutram partem propendat, ſed æque ad vtramque paratus, impulſum ſuperioris expectet. Quinto. Aquieſcamus in ſententia ſuperiorum, atque etiam ſi contra ac voluiſſemus, ſtatuerint, gaudeamus: ita expediuiſſe iudicemus. Quarto. Nulla fiat mentio loci mutãdi; quia quacumque ex cauſa. S. Ignatius in conſtitutionibus vetat id à ſubditis attentari. Quinto. In rebus, de quibus noſtrũ eſt decernere, ad explanandam voluntatem diui-

nam, vbi erit aliqua dubitatio, adhibendæ ſunt ex libro exercitiorum regulæ bonæ electionis. Atque hæc ratio vtendi rebus his creatis, quas diximus à Deo nobis traditas, vt eſſent naturalia quædam inſtrumenta noſtræ ſalutis, certa eſt, ac tuta, nobilis, ſancta, conſtans, meriti, ac diuinæ gratiæ incrementum, verum gaudium, ac perpetuam animi tranquillitatem affert, &c.

MEDITATIO VII.

De grauitate peccati mortalis.

ANimaduertẽdum eſt in his meditationibus, in quibus peccata vitæ ſæcularis conſiderantur, eſſe quidem dolorem quærendum, & quã maximũ, vt ſi quid fortaſſe in confeſſionibus olim defuit contritioni, nunc compenſetur: ſed tamen id agendum eſſe cum quadam reſpiratione, pace, & ſecuritate, gratique animi ſignificatione, cum ex tantis malis, & periculis diuina nos tandem opera videamus ereptos. illud etiam ſpectandum eſt, vt ſanctam humilitatem in nobis, noſtrique contemptum excitemus.

Primum præludium. Ponamus nobis ante oculos nos ipſos ea ſpecie, qua exiſteret aliquis homo, ſi colligerentur quæcumque ſunt vbique locorum ſordida, immunda, & in eum vnum conferrentur. Nam is re vera non adeo fœdus eſſet, vt eſt peccator, cum ex peccati vlcere fœditates omnes, ac ſordes erumpant.

Secundo. Petenda eſt gratia rei præſenti accommo-

cõmodata cognoſcendi, ac deteſtãdi peccati, &c.

Primum caput. Quidnam ſit peccatum, quænã eius natura. Eſt nihil. Quare ita reputandum eſt, ex ijs rebus, quæ ſunt, aut fuerunt aliquando, aut eſſe poſſunt, nullam eſſe adeo exiguam, vilem, deſpectam, cuius imago ſine omni vitio non ſit in Deo, quæ item à Deo non pendeat, & ad quam ipſe efficiendam non conferat opem: vnius peccati nullum eſſe in Deo ſimulacrum: ad vnum ipſum ferre opem non poſſe. Quare neque rem omnino vllam eſſe, ſed quoddam velut monſtrum à rerum ſocietate amandatum, exterminatũ, eiectum, Deo, ac rebus omnibus contrarium, ita vt qui peccatum excipit, is acerbiſſimum hoſtem Dei, ac rerum omnium excipiat, ac foueat ſummam per iniuriam.

Secundum caput. Quis ſit, contra quem peccatur. Eſt Deus, parens, ſponſus noſter, ac dominus optimè de nobis meritus, &c. Quare peccatum, quod lædit Deum, dominum, &c. ideſt infinitam illam naturam, maieſtatem, bonitatem, eſt infinitum malum: & quia idem eſt parens noſter, ac Deus, ſponſus idem, ac Deus, eſt quoddam parricidium, adulterium, vitium ingrati animi infinitum, rebellio iniuriæ infinitæ, &c.

Tertium caput. Adiuncta ex parte Dei, ex quibus peccati grauitas intelligitur. Primũ eſt odiũ Dei grauiſſimum, quo ſemper peccatum inſecutus eſt. Secundum. Leges ſeueriſſimæ, quibus vetuit. Tertium. Seueritas in puniendis reis, quæ in angelorum, & primorum parentum pœna, in eluuione terrarum omnium, in Sodomæ incendio, in

Chriſti domini nece, in cruciatibus, qui sũt apud inferos cõſtituti, ſatis apparet. Quæ igitur impudentia vel inuictiſſimo Deo, & vſque adeo contẽdente ne pecces, velle tamen peccare? Quartum. Præſentia Dei vbique, ante ipſius reclamãtis oculos committis ea: à quibus deterret: iniuriam facis videnti. Quintum. Abutitur qui peccat ad Dei contemptum iJs rebus, quas ipſe ad gloriam ſuam procrearat. Sextum. Opem illam, qua Deus adeſt nobis in omnibus actionibus, contra ipſum Deum conuertit; ac ſi infantulus gladio accepto à parente, ipſummet parentem, dum infirmũ eius brachium ſuſtinet, ac regit, configere impius conaretur. Septimum. Hinc Deo cum ſuis, hinc diabolo cum turba ſceleratorum ad ſe hominem allicientе, iudex ipſe conſtituitur, vtернam alteri præſtet. Quare qui peccat, dum ſe auertit à Deo, & ad diabolum conuertit, ſententiam fert, qua Deo diabolum anteponit.

Quartum caput. Quiſnam ſit is, qui peccat. Expendenda eſt noſtra humilitas ex S. Ignatij ſecundo exercitio, & quantuli ſimus cum omnium hominum cœtu collati, &c.

Quintum caput. Adiuncta, quæ nos reſpiciunt, & oſtendũt peccati grauitatem. Primò, varijs potentijs ac membris. Secundum, non vnius generis peccata commiſimus, vt angelus. Tertium, non ſemel, aut bis. Quartum, leuiſſimas ob cauſas, ſponte, non admodum ſtimulati; quodammodo per ludum, ac iocum.

MEDITATIO VIII.

De bonis, quibus ob mortiferum peccatum ſpoliamur.

SPoliamur primum diuina gratia, re omnium prætioſiſſima, empta nobis Chriſti ſanguine, propter hanc iacturam dolendum eſt; nec dolor eſt infructuoſus, quemadmodum in rebus humanis. Quantum doleret auarus, ſi amiſſas diuitias reparare poſſet dolendo? Gratia præterea eſt, per quam amici, & filij Dei conſtituebamur. Quidam quod ex hominum amicitia, & gratia excidiſſent, mœrore extincti ſunt.

Secundo. Spoliamur cæteris ornamentis diuinis. relinquitur fides mortua, ſpes vana, charitas extincta, dona ſancti Spiritus abijciuntur, virtutes omnes auferuntur.

Tertio. Amittimus paternam illam beneuolentiam, ac præcipuam curam, tutelamque, quam Deus gerit bonorum.

Quarto. Amittimus item quaſdam delicias, ac blanditias, quibus parens ille optimus vti cum pijs ſolet. Sit exemplo mortalis princeps, qui ſeruo infidelitatis conuicto, cum quo etiam familiariter antea iocabatur, non amplius cum eadem ſe affabilitate committit.

Quinto. Meritorum præſentium, ac præteritorum prætium.

Sexto. Societatem meritorũ ſanctæ Eccleſiæ.

Septimo. Ius æternæ gloriæ, quod veluti hære-

des habebamus. Qui paulo poſt fuerat rex futurus, ſi ſua culpa regnum ſibi adimat, quo dolore afficitur?

Octauo. Denique amittimus omnia ſimul, cum Deum amittimus ſummum bonum, atque infinitũ, &c. Hac in cõſideratione quo purior ſit dolor, atque purgatior, curandũ eſt, vt non tàm propter ea bona, quibus nos ipſi per peccatum ſpoliamur, doleamus, quã propter ea, quibus noſtrũ optimũ parentem, ac dominum nos ſpoliamus. Creauit nos ſibi, redemit ſanguine, tot, tàmque varijs modis conatus eſt velut hæreditatem ſuam nos tueri: Ecce autẽ noſtra cauſa culpaque, illa ſpe fraudatur, irriti conatus omnes euadunt, &c. Immo nõ ſolum nos ipſos, ſed res omnes creatas adimimus, quæ cum ſeruiant nobis, nobiſcum rebellare contra communem dominum coguntur, quemadmodum apud homines, cum princeps fidem Regi prodit, ſubditos ſuos ſecum in eamdem perfidiam trahit.

MEDITATIO IX.

De damnis, quæ affert mortiferum peccatum.

IN primis cogitetur, vt eſt peccatũ, eſſe quoddam teterrimum monſtrum, quod omnia impuro, ac venenato afflatu, vi, & impetu immani, polluat, corrumpat, euertat, & proferat.

Primum caput. Non ſolum eum, qui peccat, ſed alias res omnes creatas lędit, de Deo iam dictum eſt. Primo. Lædit angelos præſertim cuſtodes, ac

beatos

beatos ſuo grauiſſimo fœtore, deinde eorum patrocinia, & præces reddit inania, poſtremo, quia eos fraudat gloria, & lætitia illa, quam ex hominum ſalute conſecuntur. Secundo. Eccleſiã vniuerſam, cui prauis exemplis offenſionem præbet, & ſcandalum: quæ dolet tot ſuorum filiorum exitium, & ſuos labores, ac præces irritas eſſe. Tertio. Animas in purgatorio detentas, quas debitis priuat auxilijs. Quarto. Ipſos æterna pœna damnatos, quorum pœna ex damnatorum numero augetur. Quinto. Ethnicos, qui prauorum vita offenſi nomen Dei noſtri blaſphemant. Sexto. Deniq; res omnes, quæ ſecum impij cogunt ſuo Domino fidem fallere.

Secundum caput. Peccatum calamitates omnes in humanum genus inuexit, & hodie inuehit, ex eo mors, morbi, peſtilentia, penuria, fames, bella, &c. atque hæc mala ſæpe priuati alicuius ſcelera pariunt.

Tertium caput. Peccatum in eo, à quo committitur, omnia perturbat, atque peruertit. Primo. Sæpe fœdiſſimis, atque grauiſſimis morbis corpus vexat. Secundo. Facultates animi deprauat omnes, & vires infringit, intelligentiam obcœcat, rationem addicit appetitus indigniſſimæ ſeruituti, & ancillæ nequiſſimæ cogit dominam honeſtiſſimam famulari, voluntatem eneruat, & auertit à bono, perturbationibus fræna detrahit, ferociſſimis beſtijs, ſenſibus omnem licentiam tribuit, intemperantiſſimis ſatellitibus, &c.

Quartum. Cum aliquis peccatũ admittit, eodem veſtigio temporis in cœlo publicè exul pronuncia-

nunciatur, proſcribitur, eiuſque bona publicãtur, apud res omnes velut in pleniſſimo theatro perfidus, rebellis, & infamis conclamatur, ac ſimul diabolo, atque eius miniſtris addicitur excruciãdus: quemadmodum nefarij ſacerdotes permitti ſolent iudicio ſæculari, merito ſupplicio multãdi:

Atque hic etiam quo purior ſit dolor, poterit vſui eſſe huiuſmodi exemplum. Proponatur Rex, qui filium, quem maximè diligat, propter eius aliquod ſcelus addicere morti cogatur: quo animo iubet ad ſe aduocari, deponere principis inſignia, & denique iudicibus tradi, vt ex legibus in eum animaduertant? At filius planè parentis animũ videns, ſibi malè conſcius, ſi quid haberet ingenuitatis, ipſum patris dolorem magis, quam ſuam pœnam doleret, neque ſcelus illud magis deteſtaretur, quòd ſibi perniciem attuliſſet, quam quod patri amantiſſimo adeo acerbum dolorem inuſſiſſet. Ita, &c.

MEDITATIO X.

De peccatis venialibus, ac vita in religione ducta.

PRimũ caput eſt, ponere ſibi ante oculos vitã vniuerſam in Religione actam, in eam diligẽter inquirere, quemadmodum acta ſit, quam religioſè, ac purè, ſeptem hæc capita præcipuè præſcrutãdo. Primum. Quo ſe modo quiſque habuerit erga inſtitutum: an magnifecerit, amauerit, ſeruauerit, vt debuit, ex eoque profecerit. Secundum.

cundum. Quomodo erga vota, ſingulis ſeparatim inſpectis. Tertiũ. Erga regulas. Quartum. In compoſitione, & cultu, non externo ſolum, ſed multo magis interno. Quintum. In rebus ſpiritualibus, Oratione, Examine, Sacro, Vſu Sacramentorum. Sextum In rebus exterioribus, & muneribus ex obedientia pertractatis. Septimum. In conuerſatione quotidiana, tùm domi, tùm foris, cum externis, & noſtris. Quibus in capitibus animaduertenda ſunt hæc. Primum. multitudo, & varietas peccatorum. Secundo. grauitas, præſertim nonnullorum. Tertio. quanta fuerit negligentia, & ſocordia illa cauendi, quàm facile, temere, ac per contemptum quodammodo, & ludum commiſſa ſint.

Secundum caput eſt, ponderare grauitatẽ peccati venialis vel minimi, & leuiſſimi, ex quo cætera æſtimentur. Intelligitur hæc grauitas. Primo. Quod cum Deum bonum, infinitum lædat, quæuis culpa, non licet eam finiti cuiuſquam boni ſpecie admittere, etiam ſi ex ea ſalus hominum æterna, ac rerum omnium penderet. Secundo. Ex multitudine ſingularium in nos Dei beneficiorũ, præſertim religioſæ vocationis, quibus ingrati fuimus. Tertio. Ex religioſi hominis ſtatu, in quo dedicamur penitus Deo, & conſecramur, ita vt quoties animum culpa aliqua inquinamus, vias, aut aliam quampiam rem ſacram, profanam facere, & contaminare videamus. Quarto. Ex multitudine auxiliorum interiorum, quibus non reſpondimus: magna nobis fuit cognitio rerum diuinarum, frequentes, & acres ſancti Spiritus ſtimuli,

muli,& impulſus,gratia copioſior,&c. Quinto, Ex multitudine, & magnitudine exteriorum adiumentorum, quæ ſuppeditat diſciplina religioſa, quibus viri ſanctiſſimi caruerunt: ea ſunt, frequens orandi vſus, inſtitutio ſuperiorum, exempla ſociorum, &c.

Tertium caput eſt; animaduertere huiuſmodi peccata, quamuis gratiam non adimant, tamen eam turpiter maculare. At quo ore coram patre nobili filius appareat qui veſti prætioſæ, ac nouæ fœdam labem impreſſerit? Equidem attritam malim, quam ſordidam.

MEDITATIO XI.

Quæ mala oriantur ex peccatis venialibus.

MAla, quæ afferunt peccata venialia, triplici ex capite conſiderari poſſunt: quædam nos, quædam proximos, quædam Deum, ac beatos reſpiciunt. Primum quod ad nos pertinet, gratiam, charitatem, & reliquas virtutes nobis diuinitus infuſas vel opprimunt, vel ſuffocant quodammodo, ne erumpant in præclaras actiones; vel nonniſi remiſsè, & languidè ſinunt agere, & velut quoſdam exangues fœtus emittere: quo fit, vt augeri ipſæ non poſſint.

Secundo. Efficacitatem Sacramentorum debilitant.

Tertio. Ad diuina lumina, ſancti Spiritus afflatus, & Angeli cuſtodis monita excipienda, ac ſentienda reddunt animum ſegnem, ac durum.

Quarto. Redigunt animum in anguſtias quaſdã difficillimas, ac tenebras periculoſas, moleſtijs, ac ſol-

ac ſollicitudinibus, velut ſpinis ſtimulant aſſiduè, ac pungunt.

Quinto. Diuinum obſequium reddunt vile, ac ſeruile, quippe cum officio modum non amor, cui nihil vnquam eſt ſatis, præſcribat, ſed timor ignauus, & humilis, qui omnia negligit, ſi pœna non impendeat.

Sextò. Impediunt guſtum, ac ſenſum cœleſtium voluptatum.

Septimo. Quod proximum eſt, grauem, acerbamq; efficiũt vitam religioſam: debilitatis enim viribus grauiſſima videntur etiam, quæ cum voluptate viribus integris ferebamus.

Octauo. Inijciunt ſcrupulos, & faciunt de peccatis, quę in ſæculo, & ijs, quę grauiora in religione commiſſa ſunt, anxios, & ſollicitos, quo pax animi turbatur, quam conſcientiæ puritas gignit.

Nono. Reddunt obnoxios cuiuſcumque generis tentationibus, iuſtaque hominum ſocordium pœna fit, vt eos diabolus audeat etiam ad res fœdiſſimas ſollicitare.

Decimo. Procliuem parant lapſum in mortifera, & fit ſæpe, vt, qui leuiora negligit, grauibus implicetur: & lethale vulnus callo paulatim obducto miſer non ſentiat.

Vndecimo. Efficiunt interdum, vt mors imparatos occupet; & in eſtremo illo ſpiritu, ſenſu omnium rerum cœleſtium, & Sacramentorum auxilio priuant.

Duodecimo. Reos faciunt grauiſſimorum cruciatuum in purgatorio. Atque hoc loco conuerſa cogitatione ad ea omnia, quæ negligenter in

religio-

religione ſunt geſta, conſiderandum eſt; quam quiſque de ſe male meritus ſit, quantam ſponte fecerit iacturam, quanto ſe theſauro per ignauiam fraudauerit, &c.

Secundo, quod pertinet ad proximos. Primum per huiuſmodi peccata offenduntur ſocij, & nonnulli fortaſſe prauis exemplis à priſtina intentione retardantur. Secundo, Superiores moleſtia afficiuntur. Tertio, Sancta Eccleſia ſpoliatur auxilio, quod mater optima à filijs præſertim hanc ob cauſam diligentius, & laborioſius inſtitutis, iure poſtulat, & expectat cum preces facile peccantium languidæ ſint, ſermones frigidi, vita diſſoluta, & incompoſita. Quarto, Eandem ob cauſam priuantur expectata ope animæ, quæ in purgatorio igne detinentur; atque illæ etiam, quibus maximè debemus.

Tertio. Quod ſpectat ad Beatos, ac Deum. Primum. Angeli, & ſancti viri quodam præcipuo gaudio priuantur. Secundo. Chriſtus dominus debito obſequio, & gloria fraudatur. Tertio. Sanctus ſpiritus contriſtatur. Quarto Sanctiſſimę Trinitati magna gloria eripitur, quæ illi ex noſtræ vitæ integritate, & ſanctimonia acceſſiſſet.

MEDITATIO XII.

De peccatis generaliter.

CONſiderata natura, prauitate, pernicie, multitudine peccatorum cum læthalium, tum venialium ſeparatim, hic conſideranda ſunt ſimul omnia: quare velut quædam malæ, ac peſtiferæ herbæ colligenda ſunt, atque in quoddam quaſi

ſtillato-

ſtillatorium conijcienda, vt ex ijs vi charitatis, & cœleſtis ignis eliciatur ſuccus, & liquor precioſiſſimus lachrymarum, quo labes animæ à peccatis aſperſæ penitus eluantur.

Conſiderandum eſt igitur, dum quiſque nõ aliter, atque monſtrum immane, per ſcelera, omnia vaſtabat, quid tunc diuina maieſtas, & bonitas ageret; nimirum oſtendebat diuitias bonitatis, patientiæ, longanimitatis, ſeu conſtantiæ, benignitatis ſuæ in vaſa iræ.

Primum. Non punijt nos. vbi conſiderandũ eſt, nullam fuiſſe Deo cauſſam, quare nõ afficeret nos meritis pœnis, ex ijs, quibus interdum fit, vt mortales aliquẽ non puniant. Acceptam iniuriã à ſeruo Dominus diſſimulat, quia eius opera indiget: ille Principis euadit manus fuga: alium nimis potentem non audet aggredi ipſe Princeps, &c. Num tamen Deus opera noſtra, aut nobis indiguit? num fuga, vel noſtra potentia nos ex eius manibus eripuit.

Secundum. At ſæpiſsimè tamen malos & grauiſſimè punit. Teſtis Adam, Lucifer, multi, quos nos ipſi nouimus, minus, quàm nos, ſceleſti. Quot nobis ſtantibus exciderunt è Religione, & perierunt? quo merito noſtro nos ſtetimus?

Tertium. Nec ſolum non punijt nos, immo eodem tempore adiuuit, conſeruauit, atque adeo vires illas ſuppeditauit, quas nos impiè contra ipſum conuertimus, &c.

Quartum. Beneficijs etiã plurimis affecit, voluit nos rebus omnibus creatis, licet inimicos, nõ ſecus vti, atque ſanctiſsimos, ſibique amiciſſimos:

nobis

nobis cœlum, & ſidera, nobis aerem, imbres, terram, animantia, eo etiam tempore, quo fidem noſtro domino fregeramus, voluit fideliter ſeruire.

Quintum, Res eaſdem creatas, ne in perfidos, ac deſertores iuſte impetu facto, ſui Domini vlciſcerentur iniurias, continuit, maximeque ſatellites, & carnifices inferos coercuit, qui tum maximè, cum in eorum poteſtate eramus, moliebãtur nobis vitam eripere: neque non ſolum compreſſit eorum furorem, ne nos perderent, ſed etiam, ne tàm grauiter nos ſolicitarent, & incitarent, ad ſcelera. Quis enim dubitet, quin fuerimus in multo plura, & grauiora lapſuri? Præterea ex plurimis vitæ periculis, quæ non interdum aduertimus, ſæpe etiam non ſenſimus, liberauit; ac voluit ex beatis illis ciuibus vnum nobis adeſſe perpetuo cuſtodem.

Sextum, Denique eo tempore nos cum pertinaciter fugeremus, Deo nihil videtur aliud curæ fuiſſe, quam vt nos proſequeretur, reuocaret, rehẽderet, tacitis afflatibus diuinis, apertis aliorum monitis, &c. Quæ Dei patiẽtia, & ſollicitudo officioſiſſima, vt intelligatur, proponendum eſt exemplum mortalis cuiuſpiam patris, cui ſit vnicus filius chariſſimus, vi febri de mente deiectus, ac videndum, quanta eum ſollicitudine, pietate, patientia, &c. aſſideat, & miniſtret filio pater; cũ filius non beneficia, nõ patrem agnoſcat, ſed eum ipſum male accipiat, ac grauiter laceſſat iniurijs, & contumelijs. Non abſimili modo res habet noſtra cum Deo.

MEDI-

MEDITATIO XIII.

De lachrymis ſpiritualibus.

EX cognitione intima, atque admiratione benignitatis, bonitatis, patientiæ, ac conſtãtiæ diuinæ in nobis (vt in proxima vidimus meditatione) tolerandis, & adiuuandis amor neceſſe eſt ardentiſſimus exiſtat erga tam pium Dominum, & Parentem. Ex hoc amore dolor intimus peccatorum: hinc ſtatim fluent lachrymæ vberrimæ, atque amantiſſimæ lachrymæ, atque amor dolori permixtus doloris leniet acerbitatem, animumque ſuſtinebit, ac recreabit, ne ſe nimis abijciat. Porrò huiuſmodi deploratio maximi faciẽda eſt; & quarumlibet rerum mirabilium molitioni, vel nobiliſſimæ contemplationi anteponenda.

Primum caput. Hic fletus ſummo cum dolore, & maximus eſſe debet: nam conſiderandum eſt, ſi fletus omnes, quos vlli vnquam, vel ob rerũ iacturam cariſſimarum, vel quamcumque ob cauſſam, fecerũt, ſimul coniungerẽtur: atque his præterea lachrymæ omnes Sanctorũ, & Virginis Deiparæ accederent, immo ſi quis poſſet vim lachrymarũ tantam fundere, vt omnes omnium fontium, fluminum, ac maris totius aquas ſuperaret; non fore ſatis ad mortiferam vnam culpam deflendã; quia Deo nihil finitum eſt ſatis. Quid igitur faciẽdum? Primum, noſtræ, qualeſcumque ignobiles, & paruulæ cum Sanctorum, ac Beatæ Virginis lachrymis pretioſiſſimis, ac plurimis confundendæ ſunt, deinde vna cum illis Chriſto Domino offerendæ, vt cum ſuis iterum ipſe infiniti pretij permiſcens

Patri

Digitized by Google

Patri offerat, earũque vi noſtra crimina deleãtur.

Secundum caput. Non ſolum mœſtiſſima hæc lamentatio eſſe debet, ſed etiam latiſſimè patere. Primum angi nos, ac dolere oportet de peccatis omnibus læthalibus, ſingulis eorum generibus, ac rebus adiũctis. Deinde etiã de venialibus, ijſque, quæ leuiſſima putãtur: præterea etiam de radicibus, atque origine omnium delictorum, vt prauis habitibus, &c. neque ſolum noſtris, ſed etiã alienis. Quj dolor is eſſe debet. Primo vt in nobis ingeneret noſtri contemptum, vt ſe quiſque vilem agnoſcat, & vilipendat. Secundo. Vilis etiam cupiat ab alijs haberi, & humiliter tractari. Tertio. Hinc facilem ſe, ac tractabilem omnibus præbeat in omnibus, moderatoribus, paribus, minoribus, &c. Quarto. Facile patiatur, & cupiat ſua omnia vulgari, & confeſſario non ſolum facile, ſed etiam alacriter, & potius cum amplificatione patefaciat.

Ex illo item dolore exiſtat neceſſe eſt contra iucunda, & commoda odium, & ingens cupiditas patiendi, ex quo fiat. Primũ vt labores, quos noſtrum inſtitutum affert, & munera, quæ iniungit, alacriter ſuſcipiantur. Secundo. Ratio virtus potius exiſtimetur vberior, quam ſeuera. Tertio. quæcumque proſpera, vel aduerſa contingãt, Deo accepta referãtur, & aduerſa præſertim læto animo ſubeamus. Quarto. Pœnas etiam ſponte nonnullas, & priuatim, & publicè, velimus, & curemus nobis à ſuperioribus imponi.

Tertium caput. Conſiderandum eſt hunc dolorẽ certè donum eſſe Dei, quare ab ipſo poſtu-

landum

landum. Ita abſoluetur meditatio adhibitis tribus colloquijs ex libro exercitiorum. S. Ignatij.

MEDITATIO XIV.

De Diuina Gratia.

PRimum Præludiũ eſt fingere ſibi, veluti ſi cadaueri anima rurſus adueniret, & vitã, ſenſum, pulchritudinem, motũ, & reliquas vitæ operationes afferret: ita diuina gratia aduẽtu ſuo vitã animæ, decorẽ, operationes lõge nobiliores tribuit.

Secundũ eſt precari à Deo lumen, & vires, quibus cognoſcamus, magni faciamus, expetamus, & denique impetremus tam excellens, & neceſſarium donum.

Primum punctum eſt conſiderare fontem bonorum omnium, Dei voluntatem; cui placuit ab æterno hominem in peccatis constrictum, ſibique inimicum, eripere à peccato, & pœnis æternis, quas meritus erat, ſibi reconciliare, & ſuæ diuinæ gratiæ munere ornare, ac ſanctificare.

Secundum eſt animaduertere vias, & veluti inſtrumenta, quibus hoc ſuo tẽpore efficere decreuit; quæ ſunt, Chriſtus Dominus, Sacramẽta, Angelorũ Cuſtodia, Sanctorũ interceſſiones, ſancta Eccleſia. Inde enim vſque ab æternitate cõſtituit, vt ipſius filius noſtra cauſſa humanã naturam aſſumeret, extrema pateretur: ſtatuit Sacramẽta, quibus Chriſti merita, & gratia diuina ad nos permanarent, & alia innumera noſtræ ſalutis adiumẽta.

Tertium. Cum tandem Deus collaturus ſit gratiam, quam ſuaui, & admirabili modo præparet animam: ipſe enim hominem, vel alia cogitã-

Digitized by Google

tem; vel in peccata omnia ruentem occupat, ac primo illuſtrat; ac mouet, vt rerum caducarum vilitatem, ſuæque vitæ ſtatum agnoſcat; tum eidem pericula, in quibus verſatur, ponit ob oculos, & incutit diuinorum iudiciorum timorem; tum verò ad ſpem veniæ eum erigit, ac paulatim ad charitatem perducit, ex qua dolor, & contritio procedit, quæ eſt vltima ad diuinam gratiam excipiendam præparatio, & hæc omnia non ſine noſtræ voluntatis perfecto conſenſu.

Quartum eſt videre, quid gratia conferat aduentu ſuo. Primo enim animam ab infinita deformitate, & miſeria, à peccato, eique debitis pœnis æternis eripit. Secundo. Eam pulchritudine quadã cœleſti exornat. Tertio. Ad eſſe quoddam diuinius attollit, & diuinæ naturę conſortem facit. Quarto. Ipſam animam Deo gratã, & amabilem reddit, eiuſdem filiam, Chriſti ſororem, ſponſam Spiritus ſancti, templum denique viuũ, in quo ſingulari quodam modo Sanctiſſima Trinitas habitet. Hinc Fides viua, Spes, & Charitas, & reliqua Spiritus ſancti dona exiſtũt: hinc vis ad diuinam gloriam, & ad perſeuerantiam acquiritur: hinc noſtris operibus tanta dignitas accedit, vt vitam æternam mereantur.

Quintum eſt conſiderare quantum gratiæ debeamus, quantum ab illa pendeamus, cum veritatis illa vox ſit. Sine me nihil poteſtis facere. Ex quo & humilitas naſcetur, cum Dei gratia ſimus, quod ſumus; & licet non ſine noſtræ voluntatis conſenſione, & fiducia, ſperando in eo, qui nos confortat, nihil difficile nobis futurum.

PARS

PARS SECVNDA

De Emendatione, ſeu Reformatione Hominis in rebus interioribus, & exterioribus.

MEDITATIO PRIMA.

De animi puritate augenda, & virtutibus excolendis.

HAc in re melior eſt noſtra conditio, quàm beatorum; illi nullũ habere amplius poſſunt progreſſum in gratia diuina: nos poſſumus omnes, & debemus; vt enim longiſſimè quiſpiã progreſſus ſit; quãdiu viuit, ſemper habet, quò longius progrediatur. Poſitum eſt autem id ſtudium duabus in rebus; in acceſſu ad Deum, & receſſu ab alijs rebus; acceſſus ad Deum fit, quamplurimum ex eius diuinitate, & perfectionibus ad nos deriuando per ipſius gratiam, & noſtras actiones bonas, per actus, charitatis, vel à charitate profectos. Receſſus ab alijs rebus fit. Primo nos ipſos, & mortalia omnia per piũ contemptũ traſcendendo: deinde quã diligentiſſimè peccata, etiã venialia cauendo, vt tum in quam pauciſſima prolabamur, tum etiam non ſponte, ſed ex imbecillitate naturæ. Conſideranda eſt igitur vtilitas huius ſtudij, & neceſſitas, vt ad illud ardentius complectẽdum moueamur.

Primũ caput. Vtilitas eſt maxima, & multiplex. Primo. mentis lumen illuſtratur, tum naturale.

ad veritatis cognitionem; tum etiam ſupra naturam à Deo conceſſum; nam perſpicua, quo puriora ſunt, eo ſunt ad excipiendum lumen aptiora. Secundo. Voluntas corroboratur ad bona complectenda, quæ clarius cognoſcit. Tertio. Actio, & exercitatio virtutum, tum facilior eſt; & facilius quæcumque occurrunt moleſta ſuperantur; tum firmior, diuturnior, conſtantior: nam boni habitus, qui ex bonis actionibus oriuntur, contrarios infirmant paulatim, ac delent, omneſque tum interiores, tum exteriores vires confirmantur. At facilitas delectationem parit, ex eaque, & alijs fit, vt enixius, ardentiusque bona faciamus. Hinc meritum maius, rurſus ex merito virium acceſſio, ſuauitatis amplificatio, &c. Et ex omnibus perſeuerantia, vt nõnullis ex virtute viuere naturale interdum quodammodo videatur. Quarto. Anima per virtutes magis adhæret Deo: & ex ea coniunctione maximam accipit dignitatem: fit enim vnus quodammodo ſpiritus; quanto autem ipſa præſtantior fuerit, tanto ſunt eius opera nobiliora, Deoq; gratiora, vt planum eſt in Beata Virgine, & Chriſto Domino.

Secundum caput. Neceſſitas augendæ animi puritatis, & excolendarum virtutum intelligitur. Primo. Ex neceſſitate diuinæ operis ad repellendos hoſtium impetus, & dolos: ita enim nos pertinaciter obſident, & oppugnant, quaſi triplici agmine tres illi teterrimi hoſtes, in eaſque redigunt anguſtias interdum, vt magno Dei auxilio ad obſiſtendum egeamus, ac neceſſe ſit heroica facinora perpetrare. Secundo.

Ex va.

Ex varijs noſtri inſtituti muneribus, ac miniſterijs, quæ maximi ſunt ponderis, & maximè periculoſa, quæ poſtulant omnes virtutes, eaſque perfectas. Hic poterunt animo ſingula percurri. quod ſi non rectè adminiſtrentur, & noſtrum, & proximorum ſequitur maximum detrimentum. Tertio. Ex vitæ genere, quod elegimus. Cur huc venimus niſi vt accederemus magis ad Deum? maiores ſemper in virtutibus progreſſus haberemus? Quarto. Ex auctoritate ſacrorum librorum, in quibus frequentiſſime animi puritas commendatur; eos, qui maxime excellunt in ijs ſtudijs, Deus ſibi cariſſimos profitetur, &c. Quinto. Neque ſolum Sanctorum, ſed etiam rerum omnium creatarum exempla nos adhortantur ad progreſſum, omnia enim, quæ naſcuntur, & intereunt, donec ad perfectum ſtatum peruenerint, videmus perpetuis augeri incrementis.

Tertium caput. Cognita huius rei vtilitate, atque neceſſitate, quærenda ratio, ac via eſt, qua poſſimus in ea nos quam fructuoſiſſime exercere. ea eſt optima, examen quotidianum: quare illud in primis corrigendum eſt, atque ad animum ornandum diligenter adhibendum.

MEDITATIO II.

De peccatorum radicibus extirpandis.

QVid ſit peccatorum radices extirpare intelligitur ex ſimilitndine eorum, qui agrum vt purgent, non contenti noxias herbas aut recidiſſe

aut exuſſiſſe, ſed earum etiam radices, ne repullulent, ſtirpitus conantur euellere.

Primum igitur ponatur ante oculos, & cōſideretur ſtatus hominis etiã poſt deleta peccata, quã ſit imbecillus, & infirmus; non aliter atque ij, qui ex mortifera febri conualeſcunt. Primo. reſidet in nobis cupiditas, & fomes peccati. Secundo. amor proprius. Tertio. propria voluntas. Quarto. propriũ iudicium. Quinto. perturbationes, & propenſiones malæ. Sexto. praua conſuetudo, mali habitus; deinde res omnes creatæ, & ſenſuum obiecta ſunt adhuc ad peccãdum illecebræ, & incitamẽta modis quamplurimis. Præterea dæmones nihilo mitiores erga eos, quos dolent ex ſuis manibus elapſos. Accedunt non raro peruerſi homines, qui modo verbis, modo exemplis aperte, vel occulte ſunt noxij; immo Deus interdum ipſe ſubducit lætitiam illam ſenſibilem, ſinitq; nos vexari moleſtijs, ſcrupulis, perturbationibus, &c.

Secundo. Videndum eſt, cur Deus, tam miſero in ſtatu relinquere hominem voluerit. Primo quod pertinet ad ipſum Deum, vt tum iuſtitiam ſuam declaret, cum velit etiam ex deletis criminibus tam graui nos pœna multari; tum miſericordiam, & pietatem, cum hæc eadem ad maius noſtrum bonum conuertat; tum etiam vim, cum tam imbecillos, imparatos, inermes, ſua gratia nos faciat tamen contra tot, ac tantos hoſtes honeſtiſſime victores; tum denique bonitatem, cum in adeo abiectam naturam ſua dona conferre non dedignetur, eamque tanti faciat, vt protegendam, atque ornandam putet. Deinde

quod

quod pertinet ad nos, Primo, vt ſit noſtra tanto maior gloria, ſi victoriam reportemus. Secundo, vt ſit tanto maior occaſio exercendæ virtutis, quæ ſine aduerſario languet, ſine conatu nunquam acquiritur, ſine cultura ſqualllit. Tertio, vt merita ſint ampliora. Quarto, vt nobis comparemus multa, ac præclara præmia, coronas, triumphos, quę reddentur pro multis, grauibuſq; certaminibus, & heroicis facinoribus. Poſtremo quod pertinet ad Dæmonem, vt tanto ſit maior eius ignominia, qui inſolentiſſimus cũ ſit, videat ſe ab aduerſario tot rebus inferiore turpiſſime victum.

Tertio. Excitandus eſt animus ad pugnam; & excogitanda illius infirmitatis remedia. Rebus creatis ſapiẽter vtendum, & abſtinẽdum, quæ extrinſeca ſunt, & tolli poſſunt, penitus tollẽda. Dæmonibus ſtrenue obſiſtendum. Homines vel non curandi, vel patientia ſuperandi. Quæ penitus inſita naturæ ſunt, & extrahi ſtirpitus nequeunt, ea ſunt aſſidue putanda, & ſubſtracto pabulo, remotis ijs, quæ iucunde ſenſus titillant, eneruãda ſunt: tum etiam ſtatim, vt apparet fœtus eorum, execandus, antequam vires, & incrementum capiat; quia leunculi ſine vllo labore extinguuntur, non item leones: at diuinæ voluntati noſtra patienter, ac libenter ſubijcienda eſt; ſcimus enim eundem eſſe & Patrem, & Medicum, & facturum cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere.

Quarto. Hæc omnia vt alacrius efficiamus, hæc poſſunt eſſe incitamento, ſi diligenter cogitentur. Primum, ita neceſſario faciendum eſſe, vt diuina gratia conſeruetur. Secundo, vt eadem augeatur,

qui ea negligit, vel amittit diuinam gratiam, vel nihil amplificat. Tertio. Quia decorũ id poſtulat, & gratiæ diuinæ dignitas, ne veſtis tam pretioſa vlla macula inquinetur. Quarto. Quia non decet nos aſſidue cum Deo verſaturos quicquam in nobis habere, quod non deceat, inconcinnũ, incompoſitum, neglectum, &c. Cum qui coram principibus mortalibus apparent, tam ſint in corporis cultu curioſi. Quinto. Quia imitaturos Chriſti virtutes, quod eſt induere Chriſtum, neceſſe eſt veterem hominem exuere cum actibus ſuis.

Remedium ad hæc optimum eſt, quæ præcipua & moleſtiſſima videntur, in catalogum referre ſex in capita diſtinctum, vt proximo ſemeſtri ſingulis menſibus ſingula, quodam ſingulari certamine, per examen particulare debellentur.

MEDITATIO III.

De Compoſitione, & Emendatione rerum ſpiritualium.

DEtractis ex animo malis, quæ reliqua ſunt bona, ſi vllum paſſa ſunt detrimentum, recreanda, inſtauranda, & perficiẽda ſunt. Sit exemplo Vrbs, in qua eiectis hoſtibus, vbi vel diruti ſunt muri, vel labefactati, aquæ ductus interrupti, &c. omnia diligenter inſtaurantur. Ex rebus ſpiritualibus hæ ſunt inſpiciendæ, vt videamus quomodo ſe in ijs animus habeat, an inſtaurare alicubi debeat, &c. an vero integras, intactaſque conſeruet: Oratio, ſacrum, examen, ſacra confeſſio, & communio, lectio piorum librorum, audi-

tio

tio rerum diuinarum: ad hæc quam accuratiſſime pertractanda, ſunt nonnulla incitamenta, quæ nos debẽt impellere. Primum. Rerum ipſarum natura: præſtantiſſimę enim cum ſint, ſuo iure poſtulant attentionem, ac diligentiam. Secũdum. Quia in ijs proprius cum Deo agimus, quam in alijs, quamuis bonis, & Deo gratis; In illis ſumus veluti quidam aulici, & familiares principis, qui illius domeſticis obſequijs occupantur; in alijs autem perſimiles ijs, qui procul à principe eius negotia pertractant. Tertium. Quia his maxime cũ Deo iungimur, quam quibuslibet rebus externis. Quartum. Quia hæc ſunt, quæ nobis afferunt ſanctitatẽ, quæ animã ſanctificant. Quintum. His maxime ſimiles efficimur cœleſtibus ciuibus, quorum ſunt propriæ magis interiores animi actiones, quam exteriores, quique coram Deo in eius obſequijs aſſidue verſantur. Sextum. Hæc ſunt Chriſtiani ſolum, & Religioſi propria; alia nobis magna ex parte communia cum omnibus. Septimum. Præcipuo quodam nomine ſunt nobis propria, & neceſſaria: ex inſtituto enim noſtro hæc alios edocere non poterimus, niſi prius ipſi optimè teneamus: & ſalutem, atque perfectionẽ proximorum quæſituri, debemus in his, quæ nos magis Deo iũgunt, momentum collocare maius, quã in alijs naturalibus, vel humanis, vt monemur in Conſtit. 45. Octauum. Ex his prætium, vigor, ac vita quædam noſtrarum actionum pẽdet; alioqui exteriores, quæ ab interioribus non proficiſcuntur, ſunt viles, & velut cadauera quædam. Hinc duo colligenda ſunt.

Primum,

Primum. Res exteriores interioribus ſubijci oportere: interioribus primum tum in æſtimatione, tum in exercitatione locum deberi. Alterum, Res ſpirituales, cum eiuſmodi ſint, requirere magnam attentionem, magnum animi ardorem, conſtantiam, alacritatem.

Tandem ratio conſtituenda eſt, quam in poſterum in earum vſu ſeruemus. Quæ ratio duci debet. Primo. Ex fine inſtituti noſtri, qui eſt ſalus, ac perfectio noſtra, & proximorum. Secundo. Ex lege interna charitatis. Tertio. Ex libro Exercit. S. Ignatij. Quarto. Ex regulis communibus, & proprijs, ſi vllæ ſint propriæ. Quinto. Ex prudentia, & experientia, qua quiſque valeat. Sexto. Ex Superiorum, & Patris ſpiritualis conſilio, & moderatione. Septimo, Ac poſtremò in rebus dubijs ex modis eligendi traditis à S. Ignatio.

MEDITATIO IV.

De emendatione exteriorum actionum.

Actionum exteriorum nomine intelligimus cibi ſumptionem, remiſſionem domi, foris, ad villam, &c. conuerſationis cum externis, munera quædam domeſtica, & minutiora; tum cuiq; propria, ac grauiora, docendi, audiendi confeſſiones, ſtudendi, &c. Hæc & alia, ſi quæ præterea ſunt huiuſmodi, colluſtrare animo debemus, ac vitia perueſtigare, quæ emendemus per examen particulare. Ad quod ſtudium excitabit nos horum capitum attenta conſideratio. Primum exercitatio

Digitized by Google

citatio illarum actionum vitioſa tollit deuotionem, & guſtum agendi cum Deo, & cuſtodiendi interioris hominis curam.

Secundum. Neque id ſolum, verum etiam mēs impletur leuibus, & inanibus ſtudijs, moleſtijs, ſolicitudinibus, aſſueſcit licenter euagari, imparata, & inepta redditur ad ſtudia pietatis.

Tertium. Periculum eſt, ne culpæ innumerabiles admittantur, & graues propter frequentes, & magnas occaſiones, quas ea ipſa, quæ tractamus, obijciunt.

Quartum. Ex exterioribus actionibus cernitur animus ipſe qualis, quomodo affectus ſit. Quare noſtræ exiſtimationi, & quod grauius eſt, vniuerſæ ſocietati, ſi in illis peccata committuntur, officimus, ac ſimul diuinæ gloriæ, & auxilio proximorum.

Quintum. In his maximè ſignificare oportet, in quo differamus à communi hominum viuēdi ratione. Animus cerni ipſe non poteſt: in victu, & veſtitu noſtro nihil ſcit multitudo videre, quod laudet: at grauitas, prudentia, moderatio in negotijs, & externis actionibus & cernuntur ab omnibus, & ſunt propria vitæ ſeuerioris, quam nos profitemur.

Vt verò illæ actiones rite fiant, vſui erunt hæ regulæ. Prima, vt veluti ex radice quadam ex charitate oriantur diuina; alioqui cum earū multæ non abhorreant à ſenſibus, periculum eſt, ne ex terra ortæ, in terram abeant, & humanæ ſint, non religioſæ.

Secunda. Vt cura ſit cuique eas ex ſe macras quodam-

quodammodo & aridas ſucco pietatis opplere, vt ſacrificium pinguefiat. Cogitet à Dei ſeruo illa fieri, & Dei cauſſa. Si Angelo, ſi ſancto cuipiam viro ea cura demandata eſſet, quomodo in ea ſe gereret? ſi idem negotiũ Chriſtus Dominus tractaret, quomodo tractaret? Hanc enim ob cauſam tam multa ille, ac varia fecit, vt ſua facta relinqueret nobis veluti quædam exemplaria, ad quæ conformare noſtra deberemus.

Tertia. Vt ſtudeat quiſque fugere, quæ iucunda ſunt ſenſibus, quæ honorifica videntur, & plauſum habent; nec de honore ſuo, ſed ſolum de gloria diuina ſit anxius; immo quantum in ſe eſt, ardua, moleſta ſenſibus, & vilia complectatur.

Quarta. Vt conetur in omnibus purgare, illuſtrare, & Deo coniungere animum, notando, & exercendo in negotijs extremis illarum actus virtutum, quæ ad triplex illud vitæ genus pertinent; & hoc eſt Deum quærere in omnibus. Ex his regulis, & ijs, quæ diximus in proxima meditatione, forma, & mediocritas harum actionum petenda eſt.

MEDITATIO V.

Quomodo tractandum ſit corpus.

PRimum caput eſt conſiderare nos lege naturæ, ac Dei ad conſeruandum, tuendumque corpus aſtrictos eſſe; deinde quia id ipſum præcipitur in 48. Regula. Tertio, quia neceſ-

neceſſaria eſt bona valetudo ad noſtri inſtituti munera obeunda, tum ea, quæ recta ad Deum referuntur, tum ea, quæ ad auxilium pertinent proximorum.

Alterum caput, quia caro ſpiritui repugnat, ac ſæpe in contumaciam elata rationis imperio ſe ſubtrahit, & blanditijs nos ſuis corruptos ad multa peccata pellicit; propterea rerum externarum aſperitate ſubigendam, & continendam in officio eſſe. Quod vt facilius efficiamus, magna, vt decet, exiſtimatio percipiatur animo de vtilitate ſeueritatis in affictando corpore, ſeu de fructibus externæ pœnitentiæ; quam ad rem, hæc ſunt animaduertenda. Primo. In ſacris literis, & à SS. Patribus ſummopere commendatur hoc ſtudium carnis edomandæ vitæ aſperitate. Secundo. Maximi fecerunt omnes, qui ſerio ſe virtuti, & Chriſto tradiderunt, quod & voce, & planius exemplis docuerunt; immo ipſius Chriſti Domini vita in ſumma paupertate, ac perpetuis laboribus traducta nihil aliud prædicat. Tertio. Ratio ſuadet, vt ſeruus, ita tractetur, vt ſeruilis conditio poſtulat, contineaturque in officio, ſi periculum ſit, ne domino perniciem moliatur, & in eum, cui debuit ſubeſſe, velit dominari; eius contumacia verberibus, & alio ad id accommodato ſeueritatis genere comprimatur, & ſane: vt dicebat optimus huius rei Auctor S. Franciſcus: Caro ſine ſale, & aceto putreſcit. Quarto. Experientia comperit vnuſquiſque remiſſionis, & cuiuſdam erga corpus indulgentiæ detrimenta; & moderatæ auſteritatis commoda;

Eſt enim

Eſt enim hoc pœnitentiæ genus non ſolum quiddam egregium, & ſanctum, ſed etiam affert ſanitatẽ. Quinto. Noſtra viuendi ratio maxime poſtulat nos deditos eſſe rebus duris & aſperis, tum ne facilioribus, & ſenſui iucundis capiamur, tum etiam quia, vt noſtri inſtituti munera exerceamus, ſæpiſſime aſpera, & difficilia toleranda ſunt. Indicium eſt quempiam ſatis amplos in hoc ſtudio progreſſus habuiſſe, ſi non ſolum ratione, ac mente magnifaciat, ſed etiam ſenſu ipſo erga res duras bene afficiatur, ita vt in ijs ſenſus etiam ipſe quodammodo delectetur.

Tertium caput eſt cogitare, quinam debeat eſſe vſus, quæ forma corporis affligendi: quæ huiuſmodi eſſe poteſt. Primo. In rerum aſperarum numero, quæ ſuſcipiendæ ſunt, labores, incommoda, moleſtiæque omnes reponantur, quas noſtrorum munerum exercitatio affert. Secundo. Victu communi contenti ſimus, tam ægroti, quam valentes ea, quæ apponuntur, cum gratiarum actione, velut etiam vberiora, accipiẽtes. Tertio. Si quæ aduerſa incidant, diuinæ voluntati alacriter obſequamur, ſine querelis eius nos manibus penitus permittentes. Quarto. Nonnulla etiam aſpera ſponte ſuſcipiantur, in quibus prima conditio ſit, ne maius bonum impediant; Altera, ne ſine ſuperiorum conſenſu. Tertia, ne temere, ſed fine aliquo propoſito, qui varij eſſe poſſunt. Primo. Ad delenda peccata. Secundo. Ad corpus rationi ſubijciendum. Tertio. Ad aliquid à Deo impetrandum. Quarto. Ad aliquod negotium priuatum, aut commune Deo

com-

commendandum. Quinto. Ad Chriſti ſimilitudinem imitandum.

MEDITATIO VI.

De reddenda ratione conſcientiæ. Ac primum de Moderatione, quæ fit per ſuperiores, & eſt finis huius manifeſtationis.

LOquimur de ea moderatione, qua per vocē, ac verba, aut alio ductu externo ad perfectionem: dirigimur ab hominibus, qua in re petenda eſt gratia à Deo, vt faciles nos, ac tractabiles præbeamus.

Primum caput. Deus ab initio voluit eſſe hanc vnius hominis ab alio gubernationem. Adamū ipſemet rexit, ab eo deinceps alij recti ſunt. Percurre omnia tempora, vel legis naturæ, vel ſcriptæ, vel gratiæ, ſemper aliqui fuere velut magiſtri, & duces. Poſtremis tandem temporibus Magiſter Cœleſtis aduenit, qui Apoſtolos docuit, eoſque deinde iuſſit docere omnes gentes.

Secundum caput. Quænam fuit cauſa, cur Deus alios ab alijs voluerit ſemper inſtitui? Fuere plures. Prima, decuit ſupremā illam maieſtatem non per ſe omnes inſtruere, ſed vti magiſtris, ad alios docendos ijs, quos ipſe diſcipulos habuiſſet. Secunda, vt hæc dignitas docendi cum hominibus communicaretur. Tertia, vt eſſet, in quo nos ad ſanctam humilitatem exerceremur. Quarta, vt melius mutuis officijs, dum aliorum opera alij indigent,

digent,

digent, mutua charitas foueretur. Hi, quos erudiunt tanquam quid ſui amant: illi ad amorem, ac venerationem neceſſitate, & beneficijs excitantur. Quinta. Poſtulabat ſapientia diuina, ſuauiter omnia adminiſtrans, vt homo ab homine regeretur.

Tertium caput. Conſideranda ſunt quædam incitamenta, quibus ad hoc ſtudium alacrius complectendum impellamur. Primum eſt. Quia hac ratione certi ſumus nos à diuina voluntate non recedere, quod maximum eſt bonum, & ſumma voluptatis. Secundum, quia ſummopere nobis neceſſarius eſt ductor, & eum ſi quis nolit ſequi, facile in fraudes, ac pericula grauia incurrit: nam & nos rerum ſpiritualium ſumus ignari, & ipſa per ſe via eſt inuentu difficilis, & caremus experientia, & perturbationibus obcæcamur; & prauis opinionibus, exemplis, conſilijs corrumpimur, & callidiſſimum hoſtem habemus, qui etiam ſe transfigurat in Angelum lucis. Tertium. Ad hoc res omnes nos adhortantur, in artibus ſui ſunt præceptores in vniuerſa natura alia alijs ſubiacent, à quibus pendent, & reguntur. Angeli à ſuperioribus diſcunt. Sancti viri id ſuis, & exemplis, & vocibus, & doctrina commendarunt. Moyſes ſoceri conſilium excepit. S. Paulus ad Ananiam miſſus eſt, &c.

Quartum caput. Qualisnam eſſe debeat moderator. Primo. Si ſit aliquis à ſuperioribus aſſignatus, quicumque ille ſit, bonus eſt: aderit enim Deus; & ſi quæ illi deſint, ipſemet compenſabit. Deinde ſi vnquam eligendus à nobis, optandus

eſt is,

eſt is, qui primo ſit ſpiritnalis. Secundo, ſit prudēs, & rerum ſpiritualium cognitionem, & experientiam habeat. Tertio, affectus erga noſtrum inſtitutum. Quarto, perturbationes habeat ſedatas. Quinto, eum diligat, qui ſuæ diſciplinæ commiſſus ſit.

Quintum caput. At is, qui regendus eſt, ſit facilis, ac tractabilis, docilis, humilis, confidens Deo, attentus, & addictus ijs, quæ docetur, eadem & recordetur, & faciat, gratus erga ducem, eiuſdemque obſeruans.

MEDITATIO VII.

De ipſa conſcientiæ expoſitione.

PRimum. Diligenter in Dei, ac Domini noſtri conſpectu conſiderandum eſt, quid ſit hæc explicatio ſui ipſius: eſt enim præcipuum noſtræ Societati tributum à Deo munus. Quare vna cum vocationis dono ſolet cupiditas innaſci ſua omnia penitus aperiendi, vt nos ſuperior intime noſcat vel noſtro, vel aliorum quocunque indicio. Ex quo etiam intelligimus hanc voluntatem, & cupiditatem, notam eſſe noſtri Ordinis, & argumentum, an noſtræ vocationis conſilium, ac ſpiritum ſequamur.

Secundo. Cur Deus ſapientiſſimus rerum omnium Rector hoc donum præcipue Societati tribuerit. Prima ratio eſt, quia noſtræ Societatis adminiſtratio non pendet ab extrinſecis rebus, & quæ cerni oculis poſſunt; ſed animum re-

ſpicit, ex quo rerum exteriorum qualitas cernitur, & ponderatur. At animum, niſi nos aperiamus, videre moderatores non poſſunt. Altera eſt ratio, quæ ducitur ex diuerſitate munerum, in quibus noſtræ Societatis homines ex inſtituto exercentur: etenim cum illa miniſteria alia alijs maiorem virtutem, doctrinam, ac vires requirant; quædam etiam genus aliquod proprium virtutis: ſuo quemque muneri apte conuenienterque ſuperior addicere non poterit, niſi omnes optime cognitos habeat: atque hæ ſunt etiam cauſæ, cur de hac re tam ſæpe. S.P. Ignatius, & tanta cum grauitate verborum loquatur.

Tertio. Huius tam neceſſarij doni cupiditas, & conatus aſſequendi his capitibus excitabitur. Primo. Hac via eripimur multis, varijsque ſolicitationibus, & laqueis diaboli. Obſidentium arcē aliquam inſidiæ, ac doli irriti euadunt, ſi in lucem prodantur. Secundo. Hoc cœleſte donum maxime eſt naturæ conſentiens; quiſque enim amicum quærit, cum quo ſua omnia communicet. Tertio. Per illam ſubmiſſionē præparatur magnopere anima ad excipiendam gratiam. Quarto. Exēpla ex ſacris litteris. S. Paulus Euangelium, quod didicerat in cœlo, Chriſto præceptore, communicauit cum hominibus, &c.

Quarto. Quænam ſint patifacienda? omnia. Apud nos nihil eſt clauſum: cubicula, & ſcrinia patent ſuperiori: omnia itaque aperienda ſunt. Exteriora, vt negotia, in quo occupatur, quos libros legat, quas habeat cōſuetudines, & familiaritates, quomodo domi, quomodo foris ſe gerat.

Præcipuè autem ita animus aperiendus eſt, vt in eũ quodammodo libere penetrare ſuperior poſſit, non aliter, ac Deus. Mala æquè, ac bona expoſita ſint; malorumque inſpiciat principia, & ſemina, propenſiones malas, perturbationes, tentationes à carne, diabolo, hominibus, vel miniſterijs profectas; difficultates, habitus malos, tum actiones ipſas, harum radicum malarum malas fruges. Eodem modo etiam bonorum principia ſunt indicanda, gratiæ diuinæ, ac dona ſancti Spiritus, virtutes, conſolationes ſpirituales, affectus, mẽtis cœleſtia lumina, afflatus boni, & ſtimuli ad ſanctitatem. Quomodo denique ſe quiſque habeat in deuotione, oratione, & rebus ſpiritualibus, in vſu Sacramentorum, in ſermonibus pijs: etenim ex his proficiſcuntur actiones tum interiores, tum exteriores, mortificatio, & compoſitio animi prius; deinde etiam rerũ externarũ.

Quinto. Finis, qui in hac patefactione conſciẽtiæ ſpectari debet, eſt multiplex. Primo. Maior Dei gloria. Deinde bonum commune ſocietatis. Tertio. Bonum cujuſque priuatum, vt reuocemur à malis, conſeruemur, & proficiamus in bonis; propterea mala aperimus, vt remoueantur: bona, vt tutius, ſecuriuſque poſſideantur. Quarto tandem, vt præparemur ad ſeuerum illud iudicium, quod ſubeundum eſt in morte, quemadmodum graue aliquid publicè acturi, priuatim diù prius exercentur.

Sexto. Qui modus tenendus. Primo humilitas adſit neceſſe eſt, ipſa efficiet, vt mali nihil taceatur, & vt bona ſubijciantur iudicio ſuperiorũ.

Secundo. Puritas, vt fines tantum, quos diximus, propoſiti ſint; nihil vanum, aut minus rectũ ſpectetur. Tertio. Charitas, quæ facile omnia aperit; immo hæc communicatio conciliat veram amicitiam. Quarto. Alacritas quædam, & animi magnitudo, libertas, liberalitas, quibus fiat, difficultates vt ſuperentur, & quæcumque poſſunt nos retardare, ſtrenue remoueantur; ſiue ex ſuperbia oriantur, ſiue ex diffidentia quadam, ſiue ex ſuſpicione, ſiue ex priuato aliquo ſtudio, quo aliquid ſingulariter appetatur; ſiue denique quacumque ex cauſa: immo ſibi perſuadeant omnes, quò candidiùs, planiùſque ſe indicauerint, hoc maiorem erga ſe & amorem ſuperiorum, & ſolicitudinem conciliaturos eſſe.

Is vero, cui reddenda eſſe ratio conſcientię, eſt quidem confeſſarius ex Conſt. 6. & 7. ſed proprie hæc, de qua loquimur, reddenda eſt ſuperiori: ab alio enim quopiam regi non ita poſſumus ad bonum priuatum, & commune. Quare & illud curandum eſt, vt ita arcana eſſe noſtra velimus, vt boni noſtri ratio, & finis huius ſanctiſſimæ Conſuetudinis poſtulabit.

PARS

PARS TERTIA

De ſtatu Religioſo.

MEDITATIO PRIMA.

Quid ſit ſtatus Religioſus.

PRIMVM Præludium: ponatur ante oculos magnificæ quædã, & tutiſſimæ ædes in ſilua denſa, & horrifica, quam omnẽ immanes, & generum multorũ belluæ infeſtam habeant: tum nos in eam ſiluam relegatos, ab earum ædium domino diù conquiſitos, in eas recipi ædes cogitemus, vt illic honeſte, ac ſine periculo viuamus.

Secundum. Poſtulanda eſt à Deo gratia, qua præclarè cognoſcamus, quid ſit ſtatus hic religioſus, ad quem ſumus vocati.

Primum caput. Religio, de qua loquimur, eſt præſtantiſſimus quidam ſtatus, aut gradus longè quodcumque ſæcularium genus viuendi antecellens, à Chriſto Domino inſtitutus, ab eius Vicario comprobatus, in quo ſe quiſque Deo penitus dedicat, recipitque, ac profitetur ad perfectionẽ chriſtianam, quæ in perfecta charitate conſiſtit, progreſſurum, non ſolum præcepta diuina, ſed etiam conſilia obſeruando.

Secundum. Religioſus per vota rebus omnibus renunciat. Primum rebus externis, propinquis, amicis, facultatibus, voluptatibus; deinde ſibi ipſi, tum ſe æterno fœdere Deo deuouet vna cũ ijs

omnibus, quæ aut habet, aut habere, aut ſperare poſſet. Quare de huiuſmodi hominibus propriè dicitur: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

Tertium. Religio eſt ſchola, & gymnaſium, in quo inſtituuntur homines ad omnes virtutes: nã ad conſeruandum genus hoc vitę non ſolum celebres illæ ſunt neceſſariæ, voluntaria Paupertas, Caſtitas, Obedientia; ſed etiam eximia fides, quæ facit, vt præſentia bona futuris poſthabeantur: certa etiam ſpes, quæ ad labores ſubeundos impellit: Charitas, qua fiat, vt quis animum, corpus, ſtudia, conſilia, dicta, facta omnia, ſe penitus obliuioni cuidam æternæ tradito, deferat ad Deum: ex qua item charitate charitas emanat erga non ſolum eiuſdem, ſed aliarum familiarum, & cuiuſuis generis homines. Hic virtutes deinde, quæ morales dicuntur: prudentia in eligenda optima parte: iuſtitia in ſuo cuique tribuendo, nobis, proximis, Deo: temperantia in rerum fuga iucundarum, & moderatione perturbationum: fortitudo in repellendo, & frangendo hoſtium impetu: patientia in diſciplinæ aſperitate perferenda: animi demiſſio in abiectis muneribus ſtudioſè complectendis: & aliæ denique chriſtianæ virtutes multo quam alibi vſpiam perfectius, & frequentius exercentur.

Quartum. Religio eſt ordo, & ordo communiter appellatur. Primum, autem dicitur ordo, quia in ea alij alijs ſubijciuntur ſummo cum ordine: deinde quia regulis, ac præceptis, & apta graduum, officiorum, rerumque omnium partitione, ac de-

ac deſcriptione nihil habet non ſummo ordine decoratum. Poſtremo, quia in hoc ſtatu, qui acceſſerant animo perturbato, diſſipato, ac peruerſo, componunt illum, ſedatis violentis motibus, nihil immoderate vel faciunt, vel appetunt, nihil temere, aut præpoſtere; denique in rebus omnibus, quæ vel ad Deum, vel ad proximos, vel nos ipſos pertinent, rationem, ac ordinem ſeruant.

Quintum. Hic ſtatus dicitur communiter etiã Religio. Eſt autem Religio propriè virtus inter morales maxima, quæ Deo tum animo, tum exterioribus actionibus venerationem debitam, & cultum tribuit. In huius virtutis actionibus cum ſe maxime religioſi viri exerceant, & nobilius, quam reliqui ſolutioris vitæ Chriſtiani; quia & ſe ab ijs ſegregant, quibus impediri, vel retardari poſſent: & totos pœnitus Deo conſecrant: quo fit, vt eius dedicationis vi etiam, quæ ſuapte ſpõte ſunt actiones naturales, & prophanæ (niſi quis peruerſo fine alio detorqueat,) ſacræ, ac religioſæ cenſeantur; hinc factum eſt, vt quod erat nomen virtutis, cum ſtatu ipſo communicatum ſit: & hæc ſeuerior vitæ ratio non ſolum ſtatus religioſus, ſed etiam Religio nominetur.

MEDITATIO II.

De dignitate ſtatus Religioſi.

PRimo vita religioſorum perſimilis eſt vitæ Chriſti, qui pauperrimus eſſe, & ex Virgine Matre naſci voluit, eique, ac Ioſepho, præſertim

vero Patri cœleſti ſtudioſiſſime ſemper in rèbus omnibus obediuit: immo, quemadmodum ipſe in Cruce obijt, ita Religioſi rebus omnibus terrenis moriuntur, vt iure poſſint cum Apoſtolo dicere. Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et hæc indicat S. P. Ignatius in meditatione de Regno Chriſti, & S. Bernardus Sermone de Paſſione Domini, Caſſian. lib. 4. cap. 32.

Secundo. Eſt ſimillima vitæ Apoſtolorum, quorum omnium nomine dixit S. Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, &c. Quare expendi poterunt verba S. Hierony. Epiſt. 8. ad Demetr. Apoſtolici faſtigij eſt, perfectæque virtutis, vendere omnia, & pauperibus diſtribuere, & ſic leuem, & expeditum cum Chriſto ad cœleſtia ſubuolare.

Tertio. Honeſtiſſimus eſt in Chriſtiana Republica ordo Martyrum; atque hæc dignitas Religioſis non deeſt: ſancti enim Patres communi cõſenſu religioſæ diſciplinæ ſeueritatem, diuturnum, acerbumque ſupplicium, & martyrium eſſe teſtãtur, in quo cum varijs tyrannis dimicandum eſt, varia ſunt ſubeunda tormenta, ita vt omnes hominis partes, corpus, animus, ſenſus, membra diù, & grauiter crucientur. Quare licet ad Chriſtum dicere: Propter te mortificamur tota die, &c. Quotidie morimur, & ecce viuimus, vt iterum, atque iterum moriamur. Neque dubium eſt, quin ferè religioſa contentio plurimos morbos afferat, de viribus corporis multum, aliquid etiam de vita detrahat.

Quarto.

Quarto. Religioſi homines non ſolum ſunt domus, ſed etiam templum Dei, in quo Deus & libentius, & cum maiori copia gratiarum verſatur. Vbi cogitandum eſt, quemadmodum non licet prophana tractare negotia in templis, poſtquam ſunt Deo ritu ſolemni conſecrata, ſed solũ, quæ pertinent ad cultum diuinum: ita non licere nos Deo per vota penitus dedicatos non modo violari, aut contaminari vlla labe, ſed ne occupari quidem alijs in rebus, quã gloriæ, cultuſq; diuini.

Quinto. Qui Deo ſe vna cum rebus ſuis offert, & igne charitatis abſumit, perpetuum efficit ſui ſacrificium, & perfectum holocauſtum, quod formula ipſa indicat votorum.

Sexto. Ex auctoritate S. Chryſoſtomi dignitas religioſi viri non modo ſimilis eſt regiæ, ſed longe in plurimis antecellit. Rex ſuum regnum poſſidet; hic omnibus contemptis omnia poſſidet. Quare Apoſtolus: Nihil habẽtes, inquit, & omnia poſſidentes. Rex debellare hoſtes conatur; multos ornat muneribus, & beneficijs, regijs delicijs fruitur, &c. Viri religioſi hæc multo honeſtius efficiunt. ſingula compara.

Septimo. Religio eſt quidam inter mortales Paradiſus: nam quemadmodum ciues illi beati integerrimam agunt vitam, ſumma inter ſe coniuncti ſunt conſenſione voluntatum, ſubijciunt ſe optime imperio diuino, liberi ſunt cura comparandarum, conſeruandarumque diuitiarum, ſed diuites gloria, & felicitate immortali toti in diuinis laudibus occupantur: ita Religioſi, adeo vt Religioſorum vita vel imago ſit optima illius

vitæ

Digitized by Google

vitæ beatæ, vel illa ipſa non dum perfecta, ſed inchoata felicitas.

Octauo. In ſupremi iudicij die, cum omnia timore complebuntur, vt docent ſanctiſſimi viri, & doctiſſimi, religioſi cum Chriſto ſedebunt iudices. Nam qui omnia non ſecus atque Apoſtoli reliquerunt, & Chriſtum Dominum ſequuti ſunt; eius etiam honoris participes erunt, qui illis hanc ob cauſam eſt promiſſus.

MEDITATIO III.

De beneficio Religioſæ vocationis.

PLurima, & maxima ſimul accipit beneficia, qui ad vitam religioſam vocatur.

Primo. Ei, qui rite confeſſus Religionem ingreditur, omnium criminum & culpa, & pœna condonatur. Quã ob cauſam ſancti Viri alterum baptiſmum religionem appellant, vt, qui ei ſe addicit, ſibi, mundo, & peccato mortuus, cum Chriſto conſepultus, nouus homo renaſcatur, & ab omni labe purus.

Secundo. Facilius in hac vita innocentia, & integritas conſeruatur, tum quia remotior eſt ab occaſionibus malis, & incitamẽtis, tum quia perpetuo quodam cupiditates, voluntatemque domandi ſtudio, virtutum exercitatione, diuinæ gratiæ copia, magna ex parte fomes ille extinguitur, qui ad omnia ſcelera inflammat.

Tertio. Liber ab omni alia cura, rerumque caducarum negotijs, quibus homines vulgo implican-

plicantur, quietiùs poteſt, diutiùs, attentiùſque Deo totus vacare.

Quarto. Maxime certus eſt diuinæ voluntatis; neque eſt cur dubitet, quin eam exequatur omnibus in rebus, ſi à ſuo inſtituto nõ recedat. At ſanctitas, & perfecta virtus noſtræ voluntatis, noſtrarumque actionum conuenientia cum diuina voluntate conſiſtit, cuius quam certiſſima habere indicia, ſumma eſt in vitæ huius nocte felicitas.

Quinto. Omnes actiones ex vi voti gratiores ſunt Deo, & propterea meriti maioris; immo cũ totus iam per vota conſecratus homo ſit, omnes etiam humanæ actiones Deo gratæ, & præmio dignæ ſunt.

Sexto. Repudiatis humanis præſidijs excipitur à Deo, & præcipuo quodam patrocinio in rebus omnibus, cum animi, tum corporis ab eo regitur, diuuatur, defenditur.

Septimo. Neque per ſe ipſe tantum nos regit Deus, ac docet, ſed viæ ſpiritualis, quæ periculoſa eſt, & obſcura, voluit nos habere ſuo loco etiam optimos duces, & magiſtros, quos videremus, & audiremus, qui ſunt noſtri moderatores.

Octauo. Quia Religio eſt pulcherrimum corpus, cuius ſinguli religioſi viri ſunt membra; inde fit, vt inter eos, non ſecus atque inter membra, maxima ſit ſocietas, communicatioque bonorum, atque omnium rerum, vel vtilitatem præſentem, vel futuram, vel iucunditatem, vel honeſtatem ſpectent, &c.

Nono. Mortis tempore, quod eſt maximè alijs formidoloſum, & meritò, religioſo viro magna eſt pax

eſt pax, tranquillitas, lætitia, ac ſpes vitæ ſempiternæ. Primum liber eſt à rerum domeſticarum compoſitione, & cuiuſcumque rei mortalis amore, vel cura. Deinde nullius ſibi conſcius eſt culpæ grauioris. Præterea iam diù aſſuetus eſt pugnæ, quotidiana morte diù didicit mori: tum ſatis eſt virtutum opibus, ac præſidijs inſtructus, ac munitus, tum in ſocijs, ac ſanctis viris, & Angelis magnam ſpem ſitam habet. Poſtremo maxime ſuſtentatur, & recreatur ijs Domini verbis: Si quis reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit, quæ velut pignus beatæ vitæ animo conſeruat.

Decimo. Ex his omnibus ſtatuendum eſt Religionem eſſe illam margaritam pretioſam in agro abſconditam, quam qui inuenerit, eam ſi velit emere, omnia, quæ poſſidet, vendere iubetur.

MEDITATIO IV.

De fine ſtatus Religioſi.

PRimum præludium erit, vt ponamus nobis ante oculos omnium Ducem, & Auctorem Religioſorum Chriſtum, qui omnes ad perfectam vitæ ſanctitatem inuitet ijs verbis: Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

Secundum. Vt precemur à Deo maximam, & ardentiſſimam voluntatem ad perfectionem tendendi.

Primum caput. Conſiderandum eſt perfectionem in Dei amore poſitam eſſe, cuius amoris

multi

Digitized by Google

multi ſunt gradus. Primus, vt tantum ametur Deus, quantum meretur; quod rei creatæ nulli licet, ſed vni Deo, qui amore infinito ſua merita infinita adæquat. Secundus, vt numquã remittatur actio ipſa amandi: & hic eſt proprius Beatorum, ad quem nos etiam aſpirare debemus. Tertius, vt ſupra res omnes Deus ametur, & hic neceſſarius eſt omnibus, ſed imperfectus eſt gradus, quia poteſt cum aliarum rerum amore conſiſtere. Quartus, vt depoſito quocumque rerum creatarum amore, vnus Deus ametur, non ſolum nihil magis, quam Deus, nihil æque ac Deus, nihil Deo contrarium, ſed nihil omnino præter Deum ametur: ad quem gradũ Religioſorum debent & vota, & conatus ſpectare. Atque hic amor primo cor noſtrũ tradit Deo poſſidendũ, illique totũ dedicat, vt locus nullus amori proprio relinquatur. Deinde iucũda nobis reddit, quæ pertinẽt ad obſequium diuinum; præſertim efficit, vt delectemur in Deo, eiuſque ſuauiſſima conſuetudine recreemur, ſiue gratias agamus, ſiue eius maieſtatis, amplitudinis, &c. diuitias conſideremus, ſiue eũdẽ adoremus, & coli ab omnibus expetamus. Poſtremo, quia hæc ſuauiſſima conſuetudo perpetua eſſe non poteſt, ac ſæpe vel naturæ neceſſitate, vel inſtituti ratione ad humana negotia abducimur; tunc hic amor ita vires animi, & corporis omnes regit, & moderatur, vt negotia illa omnia, & quæcumque actiones proficiſcantur ab ipſo diuino amore, & ad ipſummet referantur.

Secundum caput. Conſiderandum eſt omnes quidem Chriſtianos debere ad hunc amorem

conten-

contendere, ſed maximè Religioſos, qui maiorem profitentur perfectionem, & plures, aptioresque vias habent ad illam perueniendi.

Tertium. Vt acrior cupiditas huius amoris excitetur in nobis, cogitāda eſt primum eius excellentia, cum ſit vinculum perfectionis, noſque arctiſſimè cum Deo vinciat, vt ſimus vnus quodāmodo ſpiritus, idemq; velimus, ac nolimus, quod ille: deinde quam iure Deo propter ſummam ipſius præſtantiā, infinitaque bona debeatur: tum etiam, quia prior nos ipſe dilexit: ac poſtremò, quia nos tam multis beneficijs, ſiue communibus, ſiue priuatis tam liberaliter ornauit, ornabitque naturæ, gratiæ, & gloriæ, &c.

Colloquium. Primū gratiæ agentur, quòd nos ad tantam perfectionem vocauerit. Secūndo. Noſtrum illi cor, animam, &c. omnia penitus offeremus. Tertio. Precabimur gratiam, qua tam excelſi ſtatus nobilitati reſpondere poſſimus.

MEDITATIO V.

De Vijs, quibus nos ad ſuum finem Religio deducit.

PRæludium primum, proponere ſibi Religionē veluti nauem armamentis omnibus optimè inſtructā, qua ſalui poſſimus portū ſalutis tenere.

Præludium ſecundum, precari à Deo gratiam, qua & cognoſcamus adiumēta, quæ nobis ſuppeditat ſtatus Religionis, & cognitis recte vtamur.

Primum caput. Ad conſequendum amorē Dei perfectum tria neceſſaria ſunt. Primum, vt retia, & laquei

laquei rerum humanarum relinquantur, & omnis in iјs occupatio. Deinde, vt etiam curam animi, ſolicitudinem, & cogitationem abijciamus illarum rerum. Tertio, vt iam corpore, & animo penitus liberi, & ſoluti, Deo nos dedicemus, & alligemus, quod eſt propriè fieri Religioſum.

Secundum caput. Hæc tria plenè tribus votis perficiuntur, dum per votum paupertatis, quæcumque poſſidebamus, per votum caſtitatis, corpus, & corpori, ac ſenſui iucunda, per votum obedientiæ animum dedicamus. Ex quo fit primum, vt per hæc vota coniungamur, ac copulemur Religioni, veluti membrum corpori, & modo quodam ſingulari, & honeſtiſſimo Dei conſtituimur ſerui: deinde vt ſeparatus à rerum creatarum amore animus noſter, quando ſemper aliquod amat, pœnè neceſſariò ad Deum ſeſe conuertat: tertio his votis contrahitur quædam ratio, & initur ſocietas, aut fœdus cum Deo. Nos noſtra omnia, noſque ipſos Deo tradimus penitus poſſidēdos, regendoſq; per quos voluerit nobis præeſſe. Ipſe altera ex parte obligat ſe, ac recipit ſuppeditaturum nobis vires, & opem laturum abundanter, vt promiſſa exequi poſſimus; pariterque vitæ neceſſaria ſubſidia ſubminiſtraturum mortali ſuſtinendæ, immortali conſequendæ. Quo tamen nexu Deum nihil niſi ſua ipſius charitas aſtringit: quarto, noſtra voluntas mutabilis, & inconſtans cum Dei immutabili colligata, ſtabilis etiam ipſa & immutabilis efficitur: quinto, actiones Religioſorum bonæ magnum ex votis precij incrementum accipiunt.

Digitized by Google

Primum, quia ex moralium præſtantiſſima virtute Religione proficiſcuntur: deinde propter inſignem liberalitatem, qua Religioſi non ſolũ opera, verum etiam ſe donant, vt ſi quis & fructus, & ipſam arborem donet. Sexto. Inſtrumentum, quo perueniamus ad portum, ſunt noſtræ regulæ: ſunt enim velut Aſtrolabium nauticum ad iter dirigẽdum: velut ſpeculum, in quo maculas animę agnoſcimus: lumen ad hoſtium detergendas inſidias: vincula, quibus noſtræ cupiditates efferatæ, tanquam belluæ immanes continentur, &c. Ex quibus intelligi debet, quantum ſit eorum peccatũ, qui negligenter aut vota, aut regulas ſeruant, & cuidam licentiæ ſe dedunt, &c.

MEDITATIO VI.

De noſtra Societatis inſtituto.

PRæludium primum. Cogitandum eſt, quantũ ſubditi Regi deberent, quos vellet ſibi in rebus omnibus perſimiles. At nos Chriſtus ſuis veſtibus, & inſignibus voluit exornare.

Prældudium ſecũdum. Petenda gratia, qua optime noſtrum inſtitutum cognoſcamus, vt ad Chriſti nos vitam conformare poſſimus.

Primum caput. Cum ſint varia genera Religioſorum, quorum alij virtutem, quæ in exterioribus actionibus, vt in adiuuandis ægrotis, &c. Alij eã, quæ in diuinarum rerum contemplatione eſt poſita, perſequuntur; noſtra Societas vtramque cõplectitur, & tota in adiuuandis proximorum non

ſolum

ſolum corporibus, ſed etiam animis, & tota in meditatione, & mentis occupatione verſatur.

Secundum caput. Finis noſtræ Societatis eſt maior Dei gloria, quæ exiſtit ex diuinæ voluntatatis exequutione; qua in re nullum habet limitẽ, ſed per omnia vagatur, omnia complectitur, in quibus videat illam Dei maiorem gloriam fore: omnes init vias, nullum tempus, aut locum excludit. Vbi decet perpendere nobilitatem huius inſtituti, quod ſuam curam, quàm late patet orbis terrarum, quàm multa ſunt hominum, ordinum, nationum genera, quot rationes, ac modi publicæ, aut priuatæ vtilitatis querendæ, tam late, ac variæ profert.

Tertium. Noſtræ vitæ ratio verſatur in nobiliſſima Chriſti imitatione, cuius etiam nomine gloriatur. Quare precandus eſt pater, vt in corda noſtra filij ſui ſpiritum ſeptemplicem infundat. Primo. Spiritum ardentem, & ſtudioſiſſimum diuinæ gloriæ, & ſalutis animarũ. Secũdo. Alacrem, promptumque ad bene omnibus faciendum, quẽ licet communicatiuum nominare. Tertio. Suauẽ, & efficacem ad pelliciendos omnium animos. Quarto. Sanctum, & purum ita, vt ſine detrimento noſtro ſalutem, & ſanctitatem omnium curare poſſimus, quemadmodum ſol fœda etiam colluſtrat, nec tamen fœdatur. Quinto. Spiritum ſapiẽtiæ, ac prudẽtiæ ad dignoſcẽdos bonos, ac malos motus. Sexto. Exprimendi in nobis ad cõmune bonũ virtutes egregias, & heroicas Chriſti Domini. Septimo. Aggrediẽdi magna, perficiendi, ac perferẽdi eius cauſa vſq; ad extremũ vitæ ſpiritũ.

Digitized by Google

Quartum. Societas à Deo conſtituta eſt inter mortales, cum eius maximè mundus indigebat, vt per eam lapſi reſtituerentur mores. Quare animaduertatur allatus ab ea fructus, & qui nunc affertur, & qui ſperatur in vniuerſo orbe chriſtiano.

Quintum. Cum talia pertractet, tam varia, & tanti ponderis negotia, præſidijs diuinis quibuſdam præcipuè indigebat, quæ à Deo abundantiſſimè ſubminiſtrantur. Quare ad laudem & diuinam gloriam cum gratiarum actione, & humilitate poterunt animaduerti conditiones, doteſq; noſtrorum hominum; nobilitas cum humilitate, doctrina cum ſimplicitate, varietas nationũ cum voluntatum conſenſione; in hominum paucitate multitudo rerum toto orbe geſtarum, & quæ geruntur; ſine certa corporis afflictatione ſeueritas ſumma; in florentiſſima iuuentute angelica pudicitia; ordo in miniſteriorum diſſimilium varietate; affabilitas, & benignitas ſuperiorum in tam ſeuera obedientia; dona denique cœleſtia, & auxilia diuina ad finem noſtrum perſequendum, & inſtituti rationem conſeruandam.

MEDITATIO VII.

De gratia peculiari vocationis.

PRimum Præludium. Cogitandũ eſt, quemadmodum non ſatis eſt diligentis cultoris induſtria, vt terra ferat fructus, niſi cœli benignitas accedat: ita non ſatis eſſe vires noſtras ad fructus

virtutum

virtutum edendos, niſi diuina gratia adſit. Nam neque, qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

Secundum. Poſtulanda à Deo eſt gratia vocationis, & vis, qua illi reſpondere poſſimus.

Primum caput. Gratia vocationis eſt Dei donũ ex vna illius charitate infinita cõceſſum Religioſo viro ſine proprijs meritis. Quod donum animum à curis rerum humanarum & ſæculi abducit, & abſtrahit, itaque afficit, vt mutatis ſtudijs, quæ fugiebat, amplectatur; oderit, quæ amabat, ſeque ipſum penitus conſecret.

Secundum In hac gratia veluti in quodam cœleſti ſemine incluſa eſt virtus, quæ nos ad illa omnia exequenda aptos efficiat, quæ ratio proprij inſtituti complectitur. Itaque menti lumen; robur voluntati, alijſque facultatibus vim affert, neceſſaria eiuſmodi vitæ, ſuoque tempore cum hac gratia Deus concurrit.

Tertium. Deus, qua eſt bonitate ſumma, paratiſſimus eſt ſemper ea dona nobis impertiri, quæ in vocationis gratia continentur. Pater ad excipienda inuitat: Filius ſuis cruciatibus parauit: ſanctus Spiritus infundere expetit, vt animos noſtros purget: illuſtret, ſibi coniungat: ſancti etiam viri ſuis precibus id agunt: id Angeli ſua cuſtodia, ſancta Eccleſia ſuis adiuuat ſuffragijs: noſtra Societas maxima, & plurima præbet adiumenta; idque vnum ſuis perpetuis laboribus, ac vigilijs ſpectat: mortales vniuerſi fructum horum donorum à nobis expectant: denique hæc gratia nos in Religionem adduxit, noſque idcirco in Reli-

gionem venimus, eius vt fructibus frueremur.

Quartum. Multum hinc debemus Deo, multũ, cur me his ornare donis potius, quam alios etiam magis idoneos maluit? niſi quia complacuit Patri noſtro dare nobis regnum? ſic placitum fuit ante te Domine; non taliter feciſti omni generationi.

Quintum. Iã requiritur noſtra opera, vt dignos diuinũ hoc ſemen fructus pariat: neque leuè piaculum eſt, ſi pereat, quantum in nobis eſt, noſtra ſocordia tantum munus. Quare oportet illud toto pectore ſumma cum voluntate excipere, amplecti, fouere. Magnum decus exiſtimandum eſt noſtrum, quod noſtram operam cum diuina opera coniungere poſſimus ad res maximas gerendas, ac religioſarum virtutum fructus educendos.

Sextum. Noſtra opera eſſe debet huiuſmodi. Primo, quicquid per nos fiat, cenſendum tamen minimum eſſe, & fiducia in diuina gratia penitùs collocanda eſt. Deinde procuranda eſt cognitio vera, & plena noſtri inſtituti: vt quæ ab illo aliena ſunt, reijciantur; quæ cognitio petetur per exercitia ſpiritualia, ex Pontificum diplomatis, conſtitutionibus, cõſuetudinibus, ex vita S. P. Ignatij. Poſtremo quicquid fieri à nobis debet in perfecta votorum, & regularum obſeruatione continetur.

MEDITATIO VIII.

De Religioſa paupertate.

PRimum Præludium. Cogitetur peregrinus, qui quo liberior ſit ad iter faciendum, oneribus ſe, quam poteſt maximè, liberat.

Secun-

Secundum præludium. Petatur gratia, qua bona paupertatis intelligamus, vt erga eam non ſecus atque erga matrem afficiamur.

Primũ caput. Paupertas religioſa eſt virtus, qua ſpontè Dei cauſa omnia humana, & caduca bona contemnimus, ſolo rerũ neceſſariarũ vſu contẽti.

Secundum caput. Hęc autem virtus multos habet gradus, qui & conſiderandi ſunt, & ſimul inquirendum in nos ipſos, vt videamus ad quemnã peruenerimus. Primus gradus eſt, quo ſpoliamur omni iure, ac dominatu rerum omnium etiã minimarum; quo in gradu natura ipſa huius paupertatis continetur. Hinc autem fit, vt neque liceat commodare, permutare, donare ſine moderatorũ conſenſu; quia huiuſmodi actiones ſunt poſſeſſionis, ac dominatus indicia: quare nobis vſus tantum relinquitur. Ex quo intelligimus ſimul ea, quibus vtimur, diligenter conſeruanda eſſe, cum ſcilicet noſtra non ſint, ſed Chriſti, nobis liberaliter commodata. Secundus gradus eſt, vt vſus ſit rerum, quas ſuperior conceſſerit. Tertius gradus, vt ſit rerum, quibus communiter vtitur Religio, non extrinſecus inuectarum, etiamſi ſuperior cõſentire videretur. Quartus, rerum neceſſariarum, ſolum, non ſuperuacanearum. Quintus, vt neceſſaria, ſint vilia, qualia decent pauperes. Sextus, vt parati ſimus ad iacturam æquo animo omnium ferendam, ſi vel neceſſitas eriperet, vel obedientia ſubduceret. Septimus, vt lætemur huiuſmodi rebus vilibus, & quod ne illas quidem liceat habere ſiue permiſſu ſuperiorum. Octauus, etiam gloriemur velut de re præclariſſima. Quo loco

ſimul notandum eſt,quæ in ſæculo poſſidebantur, ea pauperibus tribuenda eſſe, non ſanguine coniunctis,niſi ſuperiores aliter iudicent.

Tertium caput. Multa ſunt, quæ nos ad hanc virtutem alliciant. Primum. Singularia Chriſti exempla, & Sanctorum. Non decet diuitias ſtudioſius quenquam ſæculi exemplo, & vocibus ſectari, quam nos Chriſti, & Sãctorum paupertatẽ. Secundo. Quia paupertas eſt inſtrumentum perfectionis; ſicut cupiditas omnium malorum eſt radix,ità cupiditatis extirpatio eſt ad virtutum omnium excipienda ſemina præparatio. Tertio. Eſt murus contra Dæmonum inſidias,& irruptiones.Quarto.Eſt fœcunda parens,nutrixque virtutum, quæ nos Chriſto, in nobis virtutes gignit. Quinto.Maximam parit animi quietem,& pacẽ. Sexto. Multum valet ad noſtros etiam excitandos exemplum veræ paupertatis. Septimo. Multo eſt magis neceſſaria ad munera noſtræ Societatis obeunda, vt videant proximi nos à rerum caducarum ſtudio alienos. Octauo. Nobis denique ipſa cœlum, & in cœlo theſaurum comparat. Beati pauperes ſpiritu, &c.

MEDITATIO IX.

De religioſa caſtitate.

PRimum Præludium eſt proponere ſibi præclaros hortos,per quos libẽter Dominus ſpatiatur, cum videt perpurgatos, varijſque herbis, & odoratis floribus ornatos. Ita enim etiam

Deus

Deus in puris animis cum voluptate verſatur. Quare 6. Cant. dicitur: Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.

Secundum eſt gratiã petere dignitatis, & præſtantiæ huius virtutis cognoſcendæ, vt in eius amore exardeſcamus.

Primũ caput. Caſtitas perfecta nihil eſt aliud, quam integritas, & munditia quædam mentis, & corporis, per quam Dei cauſa homo vas ſuum in ſanctitate cuſtodit, & animam ab omni cupiditate liberam ſeruat.

Secundum caput. Finis, & ſcopus, qui ſpectandus eſt, eſt angelica integritas, ad quam ſex gradibus aſcenditur. Primus eſt repellere quicquid læthiferam affert maculam à corpore, à cogitatione, &c. Secundus. Etiam negligentiam cauere in venialibus noxijs, & maculis quãuis facilè delebilibus. Tertius. Ne titillationem quidem ſentire in corpore, quæ ex vehementi aliqua menti oblata ſpecie oriatur; ſed ſi qua eiuſmodi vnquã obijcitur imago, euaneſcat, neque veſtigium vllũ relinquat, ad quod perpetua vigilantia peruenitur. Quartus. Nunquam aut perrarò eiuſmodi motus, aut mentis, aut corporis pati, qui rationi aduerſentur: quod mens in rebus pijs, aut ad obſequium diuinum pertinentibus perpetuò ſit occupata. Quintus. Vt etiam ſomnia ſancta ſint, aut certe non turpia, quod oritur ex diurna ſui cuſtodia. Sextus. Huiuſmodi caſtimoniam ſemper in quibuslibet noſtri inſtituti muneribus, in communi vita, & conſuetudine conſeruare; qui

Digitized by Google

gradus eſt ſingulari munere noſtræ Societatis hominibus à Deo conceſſus.

Tertium caput. Multa ſunt quæ nos debent allicere ad amorẽ huius virtutis. Primũ eſt cogitare quanti illam Deus æſtimarit. Pretium gemmæ, aut vnionis ex gemmarij æſtimatione intelligimus: hanc pretioſam margaritam tanti fecit Deus, qui peritiſſimus eſt iudex, vt ea ſuã matrẽ voluerit ornatam eſſe: Sanctæ Virgines, &c. tanti adamarũt, vt omnibus fortunis, laceratione corporis, vita ipſa bene emi putarint: tanti etiam fecerũt ſancti viri, vt eius conſeruãdæ cauſſa, aſperrima ſubierint. Vbi etiam decet aduertere, quanti fiat à noſtra Societate, quam grauibus verbis commendetur, quam multa, & varia tradiderit adiumenta conſeruandæ, quanto ſtudio occaſiones omnes ſubmouerit, &c. Secundum. Conſiderare genus noſtrorum miniſteriorum: ſunt enim ea, quæ ſummam requirant huius virtutis ſtabilitatem, & perfectionem. Tertium. In hac virtute qui nutant, reddunt ſe minus idoneos, & aptos ad ſocietatis ſpiritum excipiendum, ac tenendum; quare excidunt paulatim. Quartum. Multas affert vtilitates; nam parat animam ad cœleſtia dona ſuſcipienda, & cœleſtes delicias deguſtandas, deinde ad diuinam coniunctionem. Quintum eſt cogitare fœditatem vitij aduerſarij, quod templum Dei prophanum facit, & macula coinquinat æterna.

Quartum caput. Viæ acquirendæ huius virtutis, & conſeruandæ. Prima eſt, Humilitas, & animi ſubmiſſio aduerſus Deum, à quo expectandum

eſt hoc

Digitized by Google

eſt hoc donum. Quare & frequentibus poſtulandum eſt precibus. Secūda eſt, Exercitatio aliarum virtutum: ſæpe enim difficultas in hac eſt pœna negligētiæ. Tertia, Auferre blandos ſermones, ac remouere ſenſum quemdā blandi, ac mollis amoris, qui ex conſuetudine aliquorum ſolet oriri. Quinta, Fuga occaſionum præter neceſſitatem, & imperium noſtrorum moderatorū. Sexta, Cuſtodia ſenſuum. Septima, Obſeruatio earum cautionum, quas proponunt propriæ cuiusque regulæ, & communes. Octaua, Apertiſſima ſui indicatio ei, cui debet. Nona, Confirmatio animi per ſpirituales guſtus. Decima, Fugienda eſt relaxatio nimia, riſus, ioci; contraque moderata vitæ aſperitas adhibenda.

MEDITATIO X.

De religioſa obedientia.

PRimum Præludium eſt ſibi proponere alacritatem, qua ſubditi boni principibus, ſerui Dominis, milites Ducibus obtemperāt, vt intelligatur, quid iis faciendum ſit, qui non hominibus, ſed ipſi Deo ſe profitentur obedire.

Secundum Præludium, gratiam precari plenè votum obedientiæ ſeruandi.

Primum caput. Obedientia eſt perfecta, & voluntaria libertatis propter Dei amorem Deo dedicatio, & quædam eius apud ſuperiores depoſitio, vt per illos à diuina prouidentia melius, certiuſque gubernemur.

Secundum

Secundũ caput. Perfectæ obedientiæ illud eſt fundamentũ, vt Deũ in ſuperioribus agnoſcamus. Hinc fiet primum, vt auctoritas ſuperioris non æſtimetur ex donis, aut humanis, aut diuinis, quæ poſſideat, vel quibus careat, ſed ſolum ex perſona Chriſti, quam gerit. Quare ſiue ille pluribus, ſiue paucioribus ſit bonis ornatus, nõ minor, aut maior idcircò erit alacritas obedientis. Secũdo. Vt eadem de cauſſa obtemperetur etiam abiectiſsimis, in ſuis muneribus, etiã externis, vt Coco, Medico, &c. Tertio. Vt plane ſe poſſidendum tradat, animi, corporis, ſenſuum, virium omniũ, exteriorum, interiorumque rerum; vt Chriſtus ſummum habet dominatum, ità ei committat, quem Chriſti Vicarium habet: hinc nos etiam conſcientiam aperimus, vt nihil ſit, vel in intimo animi receſſu, quod item vt Chriſto eſt, ſuperiori nõ expoſitum, ac promptum ſit. Quarto. Vt nõ ſolum vbi apertè, & diſertè præcipitur, obediat; verum etiam nutus ipſos ſuperiorum, & voluntatis ſignificationẽ pręcepta putet. Quinto. Vt ſe veluti cadauer præbeat; ac veluti baculum in manu Rectorum conſtituat, quoquo illis modo placuerit, tractandum. Sexto. Tam latè pateat alacritas obediendi, vt nihil præter apertum peccatum, excludatur. Septimo. Hinc denique exiſtet veneratio, & obſeruantia aduerſus moderatores, & amor non ſolũ firmus, & conſtans, ſed etiam ſuauis, & tener, qualis eſt filiorum erga parentes: qui amor ex grato animo effloreſcit, & profecto nullus vnquã eſt pater, cui æquè ſint curæ filij, ac nos noſtris moderatoribus ſumus, non

ijs mo-

ijs modò in rebus, quæ ad animum, & pietatem, ſed etiam in ijs, quæ ad corpus, & vitæ commoda pertinent, & ſuis quidem ſine vllis commodis, maximis cum moleſtijs.

Tertium caput continet incitamenta. Primũ. Obedientia hæc eſt nota & inſigne germanorum noſtræ Societatis filiorum. Secundum. Obediens maximè liber eſt à periculis errandi: dum ſuperiores audit, Deum audit. Quare dum ad voluntatem ſuperiorum fingit ſe, atque conformat, cũ ſuprema regula congruit, atque ita certa ad perfectionem graditur via, ſine & periculo, & timore aberrandi, dum eam ſequitur, quam ſuperior monſtrat. Tertium. Obedientia eſt ſacrificium, perpetuum, viuum, & præſtantiſsimum holocauſtum. Quartũ. Qui ſe Deo, Deique vicarijs ſubijcit, reſtituitur in dominatum ſenſuum, ac perturbationum, quæ, quia nos à Deo defeceramus, à nobis defecerant; quare cũ ipſi nos Deo ſubijcimus, etiã ipſæ nobis ſe obſequentiores præbent. Quinto. Obedienti nihil accidit, quo perturbetur, quia cũ ſit paratus ad omnia, nihil ei accidit, quod nolit: ex quo fit, vt ſemper, quolibet in loco, & negotio, perpetua, & ſtabili tranquillitate animi, ac lætitia perfruatur. Sextum. Adhortantur ad obedientiam nos non ſolum Sanctorum, ſed etiam maximè Chriſti Domini exempla, cuius cibus, & vita erat Patris exequi voluntatem, at non ſolum æterno Patri ſe ſubiecit, verum etiã Beatæ Virgini, ac Ioſepho, legi, Ioanni, gubernatoribus rerum humanarum, & ſacrarum, ipſis ſatellitibus, & carnificibus.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIO XI.

De noſtræ obedientiæ proprietatibus.

EXpedit diligenter expendere, quæ in Conſtitutionibus, & in Epiſtola de obedientia traduntur; ex quibus hæ præcipuæ conditiones ducuntur. Prima: à mente, iudicioque noſtra proficiſci debet obedientia, vt quæ imperantur, iuſta nobis omnia eſſe perſuadeamus; quamlibet contrariam ſententiam, & iudicium noſtrum cœca quadam obedientia reijciendo, idque in rebus omnibus, in quibus non apertè peccatum appareat. Secunda: intelligentiæ, ac iudicio adiungenda eſt voluntas, quidquid præcipitur, alacriter, & cum omni deuotione complectendum eſt: quo fiet, vt excuſationes, & obmurmurationes tum exteriores, tum etiam interiores tollantur; & opus ipſum deinde ijs conditionibus fiat, quæ requiruntur. Tertia: executio imperij ſit ſine mora, re quauis, atque adeo littera necdum perfecta relicta. Quarta: cum magna celeritate. Quinta: cum integritate, ac perfectione. Sexta: cum fortitudine, & animi excelſitate, quamuis difficilia, & ſenſibus moleſta præcipiantur. Septima: cum debita humilitate. Octaua: cum amore, & quadam animi pia propenſione, affectioneque, vt in ſpiritu amoris, & non cum perturbatione timoris procedatur. Nona: cum gaudio ſpirituali. Decima: cum deuotione, quia Chriſtus, qui iubet: nos Chriſto ſacri: res ipſæ ad Chriſti pertinēt cultum.

Digitized by Google

cultum. Vndecima. Cũ perſeuerantia, & conſtantia, vt nihil vnquã de perfectione huius ſtudij, vel ætas, vel locus, vel genus negotiorũ, aut ſtatus, &c. imminuat. Duodecima. Vt ſummum adhibeamus conatum, obedientiam plurimum obſeruare, & in ea excellere ſtudeamus, nõ contenti gradu communi: & propterea ad hanc virtutem, vt eſt in Cõſtitutionibus, exactiſſime omnes neruos virium noſtrarum intendamus. Expedit enim in primis, & valde neceſſarium eſt, vt omnes perfectæ obedientiæ ſe dedant.

Hic primo, videndum eſt per examen, quomodo hac in virtute quiſque ſe habeat. Secundo. Impẽsè, ac ſummo ſtudio poſtulãda eſt à Deo, quia hæc eſt nota, & gloria viri religioſi: deinde quia virtutes omnes menti inſerit, inſectaſque cuſtodit; cum virtutes acquirantur, & conſeruentur per actiones, & actiones virtutum ſuperior imperet. Et quia S.P. Ignatius vult omnes virtutes in nobis, præter ſuũ ipſarum decus, etiã obedientiæ inſignibus decorari: vt quemadmodum Chriſtus nihil niſi ex voluntate patris, ita nos nihil niſi ex ſuperiorum imperio, qui loco ſunt ipſius Chriſti, faciamus. Tertio. hæ omnes proprietates velut in perfectiſſimo exemplari, in Chriſto Domino obſeruandæ, ac notandæ ſunt.

MEDITATIO XII.

De obſeruatione regularum.

QVoniam votorum obſeruatio, & perfectio Religioſorum poſita eſt in earum legum

Digitized by Google

cuſtodia, quibus ſinguli ordinis reguntur: idcircò conſideratis votis animaduertenda ſunt nonnulla, quæ ad regulas integre ſeruandas pertineant. Et primum quid nos ad amorem, & veneratione͂ regularum adducere debeat conſideremus, vt ſimul intelligamus, quanta cura, & quam perfecte ſint obſeruandæ.

Primum Præludiu͂ igitur ponere ſibi ante oculos hominem, qui cum ſua dignitate non cognita, iumentis ſimilis effectus ſit, vinculis non aliter indiget, ac belluæ, quibus coerceatur, ne in vetita irruat, & ad exitium feratur.

Secundum, precari à Deo cognitionem præſtantiæ regularum, & amorem erga illas.

Primum caput eſt ſibi perſuadere, huiuſmodi leges à Deo conditas eſſe: infinitæ illius ſapientiæ præſcripta, eſſe certiſſima, & optima. Nam Deus cum rerum ſit omnium Dominus, ſummam habet præcipiendi quæcumque libeat poteſtatem. Itaque ab ipſo diuinæ, humanæque leges manarunt omnes, quæcumque iuſtæ ſunt. Per me enim, inquit, Reges regna͂t, & legum conditores iuſta decernunt. Quare nos, qui eius ſubditi ſumus, decet Domini facere imperata.

Secundum caput Noſtrarum legum latore͂ eſſe S.P. Ignatium, hominem ſummæ prudentiæ, & ſa͂ctitatis; vbi conſiderandum eſt in his ſcribendis quid fecerit: vt omnia cum Deo co͂municarit, vt diù fuerit in ſolitudine: quot preces, quot lachrymas fuderit, quam multa Deo ſacrificia obtulerit, quot hominum item prudentia, pietate, doctrinaque inſignium conſultationes adhibuerit,

quamdiu

quamdiù nonnulla periclitari voluerit, ac poſtremò quàm ſeuere, quàm ſæpe ſingula præceperit obſeruanda. Hic etiam ponderanda eſt auctoritas pontificia, qua comprobatæ ſunt tàm honorificè, & congregationum vniuerſalium, ad quas cum ſanctiſſimi ex toto cœtu noſtro, & eruditiſſimi conueniant, tamen omnes ſemper ſumma cum veneratione eas complexi ſunt, & ſummopere commendarunt. Itaque cum ab hominibus profectæ ſint religioſiſſimis, ab omnique perturbatione, & priuati commodi ſui ſtudio alienis, eas rectiſſimas eſſe neceſſe eſt.

Tertium. Finis eſt præclariſſimus, maior Dei gloria, & maius obſequium, noſtræ Societatis cõſeruatio, & progreſſus, bona adminiſtratio; publicũ, ac priuatũ bonũ, totius Eccleſiæ adiumentum.

Quartum. Quæ in illis continentur, ſunt præſtantiſſima. Primum. Continetur ſumma Euangelicæ legis perfectio: quicquid alij fundatores ſuis familijs præſcripſere, quantum ad vota pertinet, & eam perfectionem, in qua eſt ſita Religionis natura. Poſtremò quicquid in libris eſt omnibus, qui agunt de perfectione, diſperſum.

Quintum. Vtilitatem maximã afferunt: his totus homo emẽdatur, & regitur, cogitationes, verba, facta ad normam, & regulam reuocantur; ſenſus omnes, & membra legibus certis, & laudabilibus ſubijciuntur: omnia ad ſuum finem, qui Deus eſt, diriguntur: denique quicquid vel intrinſecum in homine, vel extrinſecum eſt, ita componitur, vt aduerſus Deum, proximos, ac ſeipſum in omnibus ſeruet officium.

Sextum.

Sextum. Regulæ ſunt inſtrumēta diuinæ prouidentiæ, quibus nos gubernat, & ad noſtrū finē deducit: quare regularū obſeruatio certiſſima eſt, & nobiliſſima cooperatio diuinæ voluntati, & internæ legi charitatis, ex qua deductæ ſunt.

Septimum. Obſeruatio eſt facilis, & ſuauis. Primum propter copiam diuini auxilij, deinde quia, quæ iubentur, non ſunt noua quædam, & à cōmuni ſenſu abhorrentia, ſed maximè rationi conſentanea. Præterea non vllo peccato aſtringunt ex ſe, ſi non ſeruentur, neque certam proponunt pœnam violantibus. Itaque omnē remouent cauſam timoris, ſolum nos vi amoris, & charitatis alliciunt: ipſæ illæ, quæ interdum imponuntur negligentibus pœnæ, quàm ſuaues ſunt, & leues?

Octauum. Dignitas eſt maxima regulas ſeruare. Hos Chriſtus dicit amicos ſuos, hos parentes, & fratres, &c. Quicumque fecerit volūtatem, &c. Vos dixi amicos, &c.

Nonum. Præmium ampliſſimum, gratia, & gloria æterna, & ſumma etiam animi tranquillitas, ſublatis moleſtiarum cauſis.

Decimum. Damna negligentis plurima, & grauiſſima ſunt. Primum. Non aſſequitur eum finem, quem relictis rebus omnibus ſequendum ſuſcepit; fruſtra eſt religioſus. Secundum. Iniuriam facit Deo, qui tanta cum bonitate, & prouidentia illas tradidit. Tertium. Iniuriam facit laboribus, lachrymisque. S.P. Ignatij. Quartum. Superioribus, ac ſibi moleſtiam parit, ſocijs nocet exemplo: neque ſolum innumerabilibus ſe ipſe bonis defraudat, ſed ad turpem aliquam parat ruinam.

MEDI-

MEDITATIO XIII.

De Praxi Regularum.

PRimo ponendum eſt veluti fundamentum, eam perfectionem, & inſtitutionem, quã per regulas quærimus, à Deo expectandam eſſe, qui primùm per ſe noſtram mentem illuſtret ſuis diuinis luminibus, de qua inſtitutione loquitur Pſal. Beatus, quem tu erudieris Domine, &c. Secundo. alterum quoddam fundamentum eſt interna charitas, quæ præſcribit id omne, quod eſt in regulis, viamque docet, ac parat ad omnia facilè ſeruanda. Tertio. ad regulas perfectè ſeruandas neceſſaria eſt cupiditas ardens quã maximæ perfectionis. Etenim cũ nos peccato nõ obligent, ſin minus eas obſeruemus, ex illa cupiditate virtutis perfectæ fiet, vt nulla regula negligatur, nulla non diligenter ſeruetur, cum ſit nulla, quæ ad aliquam perfectionis partem non pertineat. Quarto. inducendus eſt animus, vt ſolum ad maiorem Dei gloriam ſeruentur, alio quocũque fine minus recto, aut humano penitus ſublato. Quinto. Regularũ obſeruatio ad omnes extendi debet, vt nulla minima, vel appelletur, vel putetur; immo ſit quędam religio, ac moleſtia, ſi quando vlla violetur, ante & poſt culpam; & quoddam ſuaue ſtudium, ac tenerũ aduerſus eas ex memoria S.P. Ignatij, ac Dei: quæ facile fiẽt omnia, ſi fuerit quatuor illis capitibus, quæ proximè propoſuimus, velut axiomatibus præparata mẽs, & cõfirmata. Sexto. eo præterea ſtudio ſunt obſeruãdæ, ea cõtentione animi, ac virium, vt quantũ diuina gratia adiu-

uante fieri poteſt, nihil admiſceatur negligentiæ, aut ignauiæ. Septimo. quæ obſeruatio cum modum habeat, quem noſtrum inſtitutum proponit, alioquin non ſeruabũtur regulæ Societatis, ſi aliter ſerues, atque ipſa præſcripſit, & bona bonorũ conſuetudo confirmat. Octauo. vt commodius ſeruentur, neceſſe eſt, vt omnes habeant regulas, quod ipſæ regulæ præcipiunt. Nono. vt ſtatis temporibus, aut ſæpius legant, vel audiant, Decimo. vt intelligant: ſunt enim interdum ſubobſcuræ; quare & à ſuperioribus explicatio quærenda, & meditatione inueſtiganda eſt. Vndecimo. vt ſibi faciãt familiare, quod fit vſu primum, deinde in meditationibus quotidianis, quæ virtutũ exẽpla, vel præcepta occurrunt, ad ſuas quæque regulas referendo: tum examine inquirendo quomodo ſeruentur, num quæ ſeruata non ſint, &c. Duodecimo. ſtudium, attentioque adhibenda eſt, cum incidit occaſio alicuius exequendæ, vel periculum violandæ. Decimotertio. hæc omnia tueatur: neceſſe eſt animi inuicti conſtantia, vt nunquam nos ab iis vel defatigatio retardet, vel ſpecies vlla humani commodi, aut inanium rumuſculorũ timor auertat. Decimoquarto. Poſtremum eſt, vbi quicquam contra illas committitur, æquo animo monita, obiurgationes, pœnasq; ea cauſa impoſitas ſuſcipiamus; immo nobis ipſi nequaquam cõcedamus impunitatẽ, ſed errati alicuius certi, quoties fuerit peccatum, ſponte, ac præterea ſæpius ſingulis annis negligentię pœnas, vt ipſę prę-cipiunt regulæ, petamus.

Laus Deo B. M. V.

VIAM

VIAM TRIVM DIERVM

Pergemus in ſolitudinem, & ſacrificabimus Domino Deo Noſtro. *Exod. 8.*

ADMONITIO.

QVONIAM noſtri, qui vota renouaturi ſunt, debent iuxta decretum 6. Congre- Deut. 47. gationis generalis per triduum ante renouationē ab alijs occupationibus, etiam literarijs, præter ordinarias lectiones, vbi eæ habebuntur, abſtinere, vt facilius ſibi vacent, ac Deo: viſum eſt, aliquā hic inſtructionem afferre, vt vtiliter hoc tempus poſſint inſumere, & ſpirituali aliqua exercitatione proficere.

Tria ergo ſingulis diebus peragenda ſunt. Primo. orationi vacandum, in qua duas horas inſument, aliam matutino tempore, vt moris eſt, aliam veſpertino antè cœnam: fient autem meditationes eo ordine, quo ponentur infra. Secundo. Fiet reflexio in regulas item modo infra poſito. Tertio. Temporis aliquod tribuetur lectioni ſpirituali ex libris infraſcriptis, quæ meditationis, ac reflexionis vices interpellare debet, vt ferat quaſi ſuppetias menti, animumque reficiat.

MEDITATIO PRIMA.
Pro prima die.

De oblatione.

PRimum Præludium erit ponere ab oculos a Matt. 26. greſſus illos, quibus Chriſtus Dominus [a] ab Luc. 22

ſoluta iam cœna egreſſus è cœnaculo in hortum Gethſemani ſe contulit ad orandum, illud præ ceteris animaduertẽs, quod in ſingulis Chriſti operibus ſpectari maximè debet, ardentiſſimi nimirũ amoris exceſſum, quo cum ſe tam ſingulari modo in cœna hominibus obtuliſſet, a exultauit vt Gigas ad currendam viam pœnarum, ac dolorum paſſionis ſuæ, patris ſe voluntati libentiſſimè offerens, vt ab eo paratum ſibi mortis calicem exhauriret.

a Pſal. 18.6.

Secundum præludiũ erit poſtulare à Deo gratiam, vt nos, ac noſtra omnia integrè, perfecteque in diuinæ eius voluntatis obſequium offeramus.

Primum punctum. Contemplare, quam liberali, effuſoque animo rerum omnium Dominus inferioris huius vniuerſitatis vſurã parentibus primis obtulerit; quanto charitatis affectu eximiam hanc rerum varietatem, ac pulchritudinem, eorũ quodammodò mancipauerit famulatui. Diſcurre per cœli ambitum, per aëris ſerenitatem, ac pluuias, per maris, ac fluminũ tractus, per amœnitatem camporum, per frugum, ac pomorum varietatem, animãtium vel cicurum, vel ferarum copias, eaque omnia inuenies eo præcipuo fine fuiſſe procreata, vt vel hominum neceſſitati, vel honeſto vſui, vel delectationi conſulerent. Ex quo colligas, quam conſentaneum ſit rationi, vt liberaliſſimo huic domino te totum offeras, quandò ipſe in rebus ſuis in ſingula momẽta ſe tibi offert.

Secundum punctum. Contemplare oblationẽ illam, qua idem Deus cœleſtes ſuperioris mundi opes in homines effudit. Et primo quidem ſeipſum

ſum

Digitized by Google

ſum offert, dum immenſitate ſua rebus omnibus adeſt intimè, eas in ſua natura, vitaq; ſuſtētat, earumq; operationes omnes ſuo comitatur auxilio, in [a]ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus; ac prę- ſertim homines gratiæ ſuæ excitat luce, ad excellentiſſimos virtutum actus eliciendos adiuuat, & mille modis eorum ſe animis inſinuare, ac præſentem reddere ſtudet. Offert quoque beatarū cœli mentium famulatum, vt [b] nos in omnibus vijs noſtris cuſtodiant, nè pedes noſtros vel ad minimum lapidē offendamus; quinimmo fœliciſſimum cœli domicilium cū ijs delicijs, ac voluptatibus, quas nec [c] oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendernnt, diligentibus ſe præparauit: & licet ſuperiora hæc, vtpotè quæ humanæ naturæ tranſcendunt dignitatem, hominum poteſtati, vt inferiora cætera, non ſubdiderit, in eorum tamen libertate ſitum eſſe voluit, quotieſcunque vel æternam beatitatem adipiſci, vel Angelorum vti officijs, vel adiutoris Dei auxilium voluerint adhibere.

a Act. Apoſt. c. 17. 28.

b Pſal. 90. 12.

c 1. Corint. 2.

Tertium punctum. In mentem reuocabis immenſam pœnè gratiarum copiam, ac beneficiorum numerum infinitum, quibus ſe ſingulari quodam modo donauit Deus, eorumque multitudinem, & excellentiam recognoſces, tam in bonis naturæ, quam gratiæ, tam in animo, quam in corpore: ſed præſertim amorem illum eximium, ac diuinam planè largitoris liberalitatem ſpectabis, qui non minus in te vno ornando, ac beneficijs cumulando, quam in vniuerſis ſimul hominibus occupatur; neque enim [d] solùm quantum, ſed

d Gregor.

etiam ex quanto cordis affectu ſua bona tibi tribuat Deus, animaduertere debes. Quid ergo pro tot muneribus tanto reddes largitori? Quod gratæ ſeruitutis officium tam liberali Domino offeres? [a] Quid retribues Domino pro omnibus, quæ retribuit tibi? Abijce te ad eius pedes cum ſanctis illis Regibus, & [b] apertis theſauris tuis aurũ pretioſum facultatum animæ, thus odoriferum affectuum cordis, & probatam myrrham domitæ carnis illi offeras, vt [c] triplici hoc donorum funiculo, qui difficile rumpitur, cum Chriſto colligatus, poſt ipſum [d] traharis in funiculis Adam temporalium bonorum, in vinculis charitatis, cœleſtium gratiarum.

a Pſal. 135. 3.
b Matt. 2. 11.
c Eccl. 4. 12.
d Oſeæ 11. 4.

Colloquium fiat cum Chriſto, eique quam maximo poteris animi ſtudio te vnire curabis, & te, ac tua omnia claudẽs [e] in viſceribus Ieſu Chriſti, amorem tuum cum illius amore, ignem cum igne, cum corde iunges cor, & ad eandem proſtratus aram, vbi ipſe paſſionis ſuæ ſacrificium dulciſſimo charitatis incendio conſumpſit, & [f] ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Patri tradidit in odorem ſuauitatis, te ipſum etiam illi offeres, & omnia, quæ ab eo ſuſcepiſti, dona reſtitues, vnicum tibi ſeruans amorem, quo illa tibi dederat: cum enim [g] Dei charitas ſit ipſe Deus, æquum eſt, vt ſi tu totus Dei es, ipſe ſit Deus tuus.

e ad Philip. 1. 8.
f ad Epheſ. 5. 2.
g 1. Io. 4.

MEDI-

MEDITATIO SECVNDA.
Pro prima die.

De donatione.

PRimum Præludium erit menti ſibi obijcere Chriſtum Dominum ex oratione ſurgentem, ac proditori diſcipulo, qui cum armata manu ad eum capiendum accedebat, euntem obuiam, cum mitiſſimus Dei Agnus, vt mũdi peccata tolleret, ſe in hoſtium tradidit poteſtatem, ac ſanctiſſimas illas manus duris obſtrinxit vinculis, vel vt nos ab inferorum ſolueret ſeruitute, ſiuè vt ligatum videntes omnipotentem, antiquæ ſeueritatis deſijſſe vmbram, & in noua lege pietatis, ac veniæ fontem nobis aperiri cognoſceremus.

Secundum Præludium erit petere à Deo gratiam, vt quemadmodum te ipſum illi offerre potuiſti per deſiderium; ita re ipſa cor tuum, ac libertatem eidem perfectè dones, vt [a] abnegans temetipſum nihil amplius in te poſſideas, vt totus poſſidearis ab ipſo, omnia pro Deo perdens, vt in Deo omnia inuenias, & idem tibi ſit [b] Deus, & omnia.

Primum punctum erit in mentem reuocare facinus [c] illud Iacobi Patriarchæ, qui dum è Meſopotamia duplici filiorum, ac gregum turma ditiſſimus reuertebatur in patriam, cùm Eſau fratrem ſuum obuiam ſibi procedere audiſſet, nunquam ante eius faciem apparere auſus eſt, donec præmiſſis muneribus eius irã à [d] præteritis exor-

[a] Luc. 9. 23.

[b] S. Franc.

[c] Gen. 32. 10.

[d] Gen. 25. 32. & 27. 15.

tam dolis temperaret. Quid ergo audebis tu? Accedes ad Deum tuum ſine munere, qui [a] nullũ in conſpectu ſuo apparere vacuum permittit? fratrem tuum, quem ſæpius offendiſti, alloquuturus es, & nullo eum dono propitiũ tibi reddis? [b] Aſcendens Chriſtus in altum crucis faſtigium dedit dona hominibus: nunc tu ad Chriſtum cruci affixum aſcendis; vt religioſis votis illi te vnias, crucique configas, dona te totum Chriſto, vt [c] Chriſti affixus cruci, viuas non amplius tu, ſed viuat in te Chriſtus.

a Exod. 23. 15.
b Ad Epheſ. 4. 8.
c Ad Galat. 2. 19.

Secundum punctum erit conſiderare, quot modis ſe nobis donauerit Deus: nam primo, cum humanam aſſumpſit naturam, dedit ſe nobis ſocium, vt nobiſcum mortalitatis huius peregrinationem ſuſciperet. Secundo, in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento in dulciſſimum ſeſe condiuit edulium, vt feſſos ab itinere virginea nos carne reficeret, ac [d] frumenti adipe, hoc eſt ipſius diuinitatis medulla ſaginaret. Tertio, in paſſione ſua ſe in pretium nobis exoluit. Quarto, in iuſtificatione per gratiam noſtrum ſe donat in hoſpitem. Quinto, in gloria noſtrum ſe præmium in ſui contemplatione, & amore conſtituit. Quid ergo cum tam benigno Domino, cum tam liberali largitore auarum te præbes, & ingratum? Deus tot quæſiuit modos, tot vias inueſtigauit, vt ſeſe tibi traderet; ſit te ipſum illi negas? Proh pudor; quam bene aiebat ille: [e] Amat charitas, amat immenſitas, & vicem rependimus cum mẽſura. Deus [f] dat nobis menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem; nos charita-

d Pſal. 147. 3.
e Bern.
f Luc. 6. 38.

charitatis [a] lucem ſub modio ingratæ ponimus auaritiæ: a Matt. 5. 15.

Tertium punctum erit conſiderare, te non tui eſſe iuris, ſed Dei; quare illi tanquam legitimo Domino donare teipſum debes. Nam primo, ipſe ex nihilo te produxit; cur ergo [b] Deum, qui te genuit, dereliquiſti? An non ſubfiguli poteſtate eſt opus, quod fingit? Secundo, te [c] imagine, ac ſimilitudine ſua fecit inſignem, eamque gratiæ coloribus quotidiè inſtaurat, ac perficit, cur ergò dum in [d] numiſmate cordis, non Cæſaris, ſed Dei imaginem legis, Deo cenſum non donas gratiſſimæ ſeruitutis, reddens, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo? Tertio, te ſuo pretioſo ſanguine redemit; qui ergo te ſponte peccati mancipaueras iugo, cur Redemptoris reſpuis famulatum? [e] Non eſtis veſtri, inquit Apoſtolus, quia empti eſtis pretio magno; cur ergo non glorificas, & portas Deum in corpore tuo? vt omnibus notum ſit te Dei donum eſſe, non amplius tuum. b Deut. 32. 18. c Gen. 2. d Matt. 22. 19. e 1. Cor. 6.

Quartum punctum eſt conſiderare, quod ſi chriſtiani omnes, quia Dei obſignantur imagine, & in animis ſuis expreſſam inferunt diuinitatis effigiem, ſe totos Deo debent; quid eris tu? qui ad perfectiſſimum vitæ ſtatum euocatus es, vt religioſæ diſciplinæ veluti lineamentis perfectæ Ieſu Chriſti te conformares imagini, eiusque ſimilitudinem quam proximè ſectareris, dum [f] renuncians omnibus, quæ poſſides, nudum in cruce; dum [g] in carne ambulans, ſed in carne non militans natum ex Virgine; dum [h] Præpoſitis tuis obediens, f Luc. 14. 35. g 2. Corinth. 10. h Ad Hebr. 13. 17.

a Ad Phil. 2. 8. obediens, [a] obedientem vſque ad mortem filium Dei imitari non erubeſcis. [b] Reſpice ergo ad b Exo. 25. 40. tuum exemplar, & vna cum illo Deo Patri te c Ad Rom. 8 9. dones, qui [c] prædeſtinauit te conformem fieri imagini filij ſui. [d] Ipſe filio ſuo non pepercit, ſed d. Iob 32. pro nobis omnibus tradidit illum, & cum illo omnia nobis donauit. Tu ergo nè tibi parcas, vt te cum tuis omnibus Deo dones.

Colloquium fiet breuiter recenſendo coram diuina maieſtate prædicta beneficia, eique gratias agendo quamplurimas, & charitatem illam eximiam, qua ea nobis donauit, ſummis laudibus extollendo, te ipſum quam maximo poteris cordis ſenſu eidem reddes, vt diligens ab æternitate Dominus ſeruum recipiat ſempiternum.

MEDITATIO PRIMA.

Pro ſecunda die.

De dedicatione.

PRimum Præludium erit lachrymabile illud ſpectaculum mente concipere, cum Chriſtus Dominus attrito flagellis corpore, & ludicro purpuræ amictus paludamento dicauit ſe hominibus, illis Pilati verbis, Ecce Homo.

Secundum Præludium erit à Deo petere, vt tui cordis ædificium, quod illi obtuleras, ac liberali dono tradideras, in diuinæ maieſtatis gloriam ita dicare poſſis, vt tua omnia ab eo diuellas inſignia, & vnico Chriſti charactere inſigni- e 2. Co rint. 6. tum [e] viuentis Dei templum conſtituatur.

Primum

Primum punctum erit conſiderare, quam æquũ ſit, vt qui cuiuſuis rei conſtituitur dominus, ibi ſuum apponat inſigne, quod notum omnibus faciat dominum ſuum. Qui ergo Chriſtum cordis tui dominum ſtatuiſti, cur illud Chriſto non dicas? cur mundi ablatis inſignibus, illud Chriſto non ſignas, qui dicit tibi, [a] Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum? Tolle à memoria tua mundi recordationem, tolle ab intellectu ignauiæ caliginem, tolle à voluntate ad vitiorum illecebras propenſionem, tolle à ſenſibus per omnia vagari ſine lege, quæ mundi inſignia ſunt, vt omnia Chriſto dices, [b] & ſicut exhibuiſti membra tua ſeruire iniquitati, ita exhibeas nunc ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

a Cant. 8. 7.
b ad Rom. 6. 19.

Secundum punctum eſt in mentem reuocare fortiſſimum illum Iudæorum ducem Iudam machabæum, qui [c] cum Dei templum ab immaniſſimorum hoſtium manibus abſtuliſſet, cum illud profanis pollutum ſordibus cõſpexit, primo pre magno doloris ſenſu ſcidit indumentum ſuum, ac multis lachrymis domus Dei deplorauit calamitatem. Secũdo, illud inſtaurare aggreſſus purgauit maculis, & ornauit. Tertio, in magno populi conuentu, ſolemni victimarum cæde, ac celebri pompa dicauit Deo. Quid ergo facies tu, qui cor tuum, [d] templum nimirum Dei viui tanta culparum copia ſordidatum geris? Cur in lachrymas æquiſſimi doloris non erumpis, vt ijs fœdam eius imaginem diluas? Cur pœnitentia reſtaurare non cogitas, & ornare virtutibus templum [e] Domini virtutum? Cur Deo perpetuò non dicas [f] domum

c 1. Machab. 4.
d 1. Corint. 6.
e Pſal. 83
f Pſal. 92. 5.

mum Dei, quam decet ſanctitudo in longitudinem dierum?

Tertium punctum erit conſiderare tres ſacras cæremonias in templorum dedicatione ſeruari. Primo enim parietes rubris Crucibus obſignantur. Secundo, accenduntur candelæ. Tertio, certæ quædam partes ſacro oleo liniuntur. Atque ità, vt cordis tui templum Deo dices, primo debes memoriam tuam dominicæ recordatione crucis conſtãter obſignare, vt alienum dominum Dei pro te patientis imago depellat. Secundo, intellectum tuum diuinæ lucis radijs illuſtrare, quibus teipſum noſcas, & indè tibi gradum facias ad Deum. Tertio, voluntatem cœleſtis oleo dulcedinis, & Spiritus ſancti infuſione delinire: hic enim vbi [a] cellam tui cordis ingrediatur, eam perfectè dicabit Deo, dum in te charitatem ordinabit, & [b] vexillum eius ſuper te charitas.

a Can. 2:4.

b Iob iuxtà 70.

Quartum punctum erit conſiderare, quemadmodum in templis iam Deo dicatis profanum nihil agi permittitur; non ibi celebrantur conuiuia, non aperiuntur emporea, non humana negotia pertractantur, ſed omnia ſacra ſunt, ſed ſublimia, ſed cœleſtia; ita cor tuum, quod Deo dicaſti, nil terræ ſapiat, nulla humana ſollicitudine perturbetur, non falſis delectetur illecebris voluptatum, ſed cum [c] iuſto illo apud Iſaiam inſcribe cordi, & manui tuæ: Ego ſum Domini, vt omnis cordis tui delectatio, omnis manuum tuarum labor Domini ſit, & nihil amplius te [d] ſcire iudices, nil optare, nil quærere, niſi Ieſum, & hunc crucifixum.

c Iſai. 44.5.

d 1. Corint. 2.

Collo-

Colloquium fiet ad ſanctiſſimam Trinitatem, eique gratias ages affectu quam poteris maximo; Patri quidem, quod te in ſacro fonte perpetuo charactère munierit; Filio, quod toties [a] ſuper cor tuum ſignaculum ſe poſuerit; Spiritui ſancto, quod [b] amoris ſui vexillum ſuper te erexerit; & enixe petes, vt ita [c] ſignatum fontem cordis tui ſeruent, vt eius aquas attingat nemo præter illum, qui toties [d] tibi dedit aquam viuam, ne ſitias in æternum.

a Cant. 8.6.
b Cant. 2.4.
c Can. 4, 12.
d Io. 4.

MEDITATIO SECVNDA.

Pro ſecunda die.

De ſacrificio.

PRimum Præludium erit intueri Chriſtum Dominum, dum crucis, ac ſcelerum noſtrorum grauatus pondere caluariæ iugum aſcendit, vbi nudatus veſtibus ſuper aram crucis imponitur, vt gratiſſimum ſacrificium pro humano genere æterno Parenti offerret.

Secundum Præludium erit poſtulare à Deo, vt templum cordis tui iam Deo dicatum, ſacrificio non careat, ſed charitatis [e] ignem in obliuionis puteo ſepultum, & in teporis aquas conuerſum, iterum ſancti Spiritus radio ſuccendat, vt eius beneficio omnem tuam tam ſpiritualem, quam corpoream delectationem poſſis ei perfectè immolare.

e 2. Machab. 1. 19.

Primum punctum erit conſiderare, cum Deus populum ſuum è Pharaonis manibus liberaſſet,

eumque

cumque auro, atque argento diuitem, eductum
ex Aegypto in deſerto per plures annos cœleſti
pauiſſet epulo, ad eius cuſtodiam vigilaſſet aſſi-
duè, eiuſque imperio æquoris impetum, fontium
ſcaturigines, & armatas acies ſubieciſſet, pro tã-
ta beneficiorum copia illam grati animi ſignifi-
cationem requiſiſſe, vt perpetuis liberatorem
a Exo. 8. ſuum colerent ſacrificijs; hoc enim per [a] Moy-
ſem Pharaoni indicauit: Dimitte, inquit, popu-
lum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. Quid er-
go reddes tu liberatori tuo, qui te de inferni
Pharaonis manibus liberauit, & in Religionis de-
ſertum educens, in perfectam filiorum Dei liber-
tatem vindicauit? qui te frequenter Angelorum
eſca depaſcit; ſingulari ſeruat cuſtodia, & modo
tartarei hoſtis conatus reprimit; modo pertur-
bationum tuarum æſtus ſedat, ac frangit, modo
ex duriſſimo cordis tui lapide cœleſtium volu-
b Deu. 32. 13. ptatum fontes eliquat, [b] vt ſugas mel de petra,
oleumque de ſaxo duriſſimo? Quid, inquam, red-
des Domino? niſi puriſſimum ſacrificium, non
c Pſal. 49. 13. quidem brutorum animantium; [c] neque enim
manducat carnes taurorum, aut ſanguinem hir-
corum potat, ſed te ipſum appetit, te ipſum ſitit.
d Iob Immola [d] ergo Deo ſacrificium laudis, & redde
Altiſſimo vota tua.

Secundum punctum erit conſiderare, quot
milites pro ſuis Regibus, magnis ſe obijciunt pe-
riculis, ac pro ijs vulnera excipere, ſanguinem
fundere, vitam amittere decorum putant, ac glo-
e 1. Par. 11. 18. rioſum. [e] Fuerunt tres fortiſſimi viri in caſtris Da-
uid, qui vt eius deſiderio facerent ſatis, quo ci-
ſternæ

ſternæ Bethlehem exoptare aquam ſignificaue- rat, ſtatim per media Philiſtinorum caſtra perre- xerũt, & optatam aquam aperto vitæ diſcrimine ſuo Regi tulerunt; qui tamen noluit eam bibere, ſed Domino libauit, dixit enim abſit, vt in con- ſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem virorum iſtorum bibam; intelligebat nimirum optimus Rex ſacrificium ſanguinis vni Deo deberi, & quod illi exiſtimabant terreno Regi, libandum per ſe Regum omnium moderatori. Quid ergo hoc ſacrificium refugis Deo offerre, qui ſangui- nem tuum toties pro mortali domino, pro ami- cis, pro tuis voluptatibus immolaſti? Audi ip- ſum aliud à te [a] ſacrificiũ, vel oblationem nolen- tem, ſed corpus aptantem tibi, quod laboribus attritum ſuper aram crucis illi libes; holocauſtũ pro peccato non poſtulantem, vt perfectum vo- luntatis tuæ ſacrificium illi offeras, dicens: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt face- rem voluntatem tuam. [a] Pſal. 39. 8.

Tertium punctum erit, contemplari ſanctiſ- ſimum illud Chriſti ſacrificium, quod Patri ſuo in ara crucis obtulit, cũ cõpletis iam propheta- rum oraculis, diuino latè ſanguine effuſo, pro- prijs deſtitutus viribus, ab amicis omnibus, quin & ab æterno Parente in mortis doloribus dereli- ctus, in eiuſdem tandem manus beatiſſimum ſpi- ritum commendauit. Quis ergo tam acerbo ſpe- ctaculo nõ moueatur, vt ſe quoque cum Redem- ptore ſuo vſque ad ſanguinem immolet, & ſuum cum Chriſti ſacrificio vniat, ac miſceat paratus cum illo in ſumma rerum egeſtate viuere, & om-

ni tam intimo, quam extimo ſolatio carens in
a Pſal. cruce mori? Quis nõ [a] voluntariè ſacrificabit Deo,
39.7. b Iſai. vbi diuinus Agnus [b] oblatus eſt, quia ipſe voluit?
53.7. Quis non liberaliter pro illo ſanguinem fundet,
c Exo. vbi ſuum tam latè effudit [c] Sponſus hic ſanguinũ?
4.255. Quis cruentam illam victimam in cruce aſpiciat,
& cum ardentiſſimo illo crucis amatore non cla-
d Bon. met. [d] Nolo, Domine, ſine vulnere viuere, quia
te video vulneratum?

Colloquium fiet ad Deum Patrem, peteſque
ab eo, vt ſacrificium tuum ita cum filij ſui ſacrifi-
e Matt. cio iungat, vt ſicut in hoc [e] ſibi benè complacuit,
17.5. ità illud non reſpuat, ſed ob Redemptoris me-
f Pſal. rita benigne ſuſcipiat, atque ita [f] tuæ laudis ſa-
49.23. crificium honorificet ipſum, & illic ſternat iter,
vt oſtendat tibi ſalutare ſuum.

MEDITATIO PRIMA.
Pro tertia die.

De holocauſto.

PRimum Præludiũ erit ſtatuere ſibi ante ocu-los Chriſtum cruci affixum, cum in eius ſacratiſſimo pectore ardentiſſimus amor, quo nos proſequebatur, cũ atrociſsimis doloribus confligebat, quos ex vulnerum copia, effuſione ſanguinis, ſuſpenſione corporis, ac ſcelerum noſtrorum pondere exhauſerat; & iſti quidem vitalem eius vim paulatim conterentes, ille ſuauiſsimis ignibus exurens cor, gratiſsimum Deo holocauſtum conſumebant.

Digitized by Google

Secundum Præludium erit petere à Deo, vt perfectũ tui holocauſtum, quod illi offers ad vnicam maieſtatis ſuæ gloriam, dignetur ſuſcipere.

Primum punctum erit in mentem reuocare cõditiones illas, [a] quas in antiquæ legis holocauſto dominus exigebat. Primo, vt animal eſſet maſculum. Secundo. anniculum. Tertio. abſque vlla macula. Quarto. nullo mutilum membro. Quinto. vt totum conſumeretur ab igne, nec vlla eius pars in humanos vſus ſupereſſet. Sexto. vt ad vnicam diuinæ maieſtatis gloriam, non ad expianda peccata, vel beneficia impetrãda libaretur; ex quibus colligere potes, quale eſſe debeat holocauſtum tuum. Debes enim primo virilem, fortemque animum comparare, vt ardua quæque, ac ſublimia charitatis opera pro Deo ſuſcipias; [b] fortis enim eſt, vt mors, dilectio. Secũdo. perfectam tui oblationem non ad vltimam producere ſenectutẽ, ſed in adoleſcentiæ flore perficere, vel ſaltem [c] naſci denuo, vt [d] tanquam modò genitus infans, ac cœleſtis lacte dulcedinis ſaginatus ad Deũ accedas. Tertio. omnem debes peccati labem, ſordemq; purgare, quia [e] electus es, vt eſſes ſanctus, & immaculatus in conſpectu eius. Quarto. nullam tui partem omittere, quam Deo non offeras, nõ animum, nõ corpus, nõ bona ſingula, quibus frueris: Deus [f] enim odio habet rapinam in holocauſto. Quinto. totus quantus es à diuini amoris igne conſumi debes, [g] ignis enim conſumens Deus eſt, & [h] ignem venit mittere in terram, vt ſuccenſus in cordibus electorum, [i] eos omnes in ſuam naturam, geniumq; traduceret. Sexto. Nullam tibi ſo-

a Exod. 12.
b Cant. 8. 6.
c Io. 3.
d 1. Pet. 2.
e Ad Epheſ. 1. 4.
f Iſai. 61. 8.
g Deut. 4. 24.
h Luc. 12. 49.
i Dion. Areop.

Digitized by Google

latij proprij, vel lucri ſtatuere metam, ſed vnā Dei
a Matt. 5.16. gloriam ſolertiſſimè quærere, vt omnia[a] opera tua
bona glorificent Patrem tuum, qui in cœlis eſt.

Secundum punctum erit conſiderare, quot artes adhibeat, quot inſtrumentis vtatur diuinus amor, vt corda noſtra ad hoc holocauſtum offerēdum, perficiendumque diſponat; modò enim beneficijs præuenit, dum cœleſtium deliciarum rore animas irrigat, verbi ſui dulcedine paſcit, Sacramentorum virtute confirmat, præmiorum allicit magnitudine; modo verò exercet periculis, flagellat calamitatibus, conſcientiæ ſtimulis corrigit, omnique ſolatio carentes deſerit, vt per diuerſas vias ſapientiſſimus artifex fugientes à ſe animas reuocet, & amantes inuitet. Cur ergo non audis illum per prophetā loquentem,[b] Ego cœlabo ſculpturam eius? & te cœleſtis huius fabri manibus non permittis; vt de te quidquid velit diſponat, vt ſi quid diuinis eius oculis minus placet, auferat, & auellat, eamque figuram, ac formam, quam in ſe exoptat, imprimat, atque obſignet, vt ad hoc holocauſtum offerēdum reddaris idoneus. Pete ab ipſo vel charitatis flammas, quæ holocauſtum conſumant, vel ignem ærumnarum, qui[c] te probet, ac tentet, & vrat renes tuos, & cor tuum. Pete vt voluntatis diuinæ vinculis te conſtringat, vt[d] velut alligatus Iſaac immoleris. Pete, vt[e] ædificet iterum muros Hieruſalem, ac cordis tui templum inſtauret; tunc enim acceptabit ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta.

b Zacc. 3.9. c Pſal. 25.2. d Gen. 17. e Pſal. 50.

Tertium punctum erit conſiderare, quoniam holocauſtum noſtrum in multis deficit, cum perfectiſſimo

ſectiſſimo illo Chriſti holocauſto iungendum eſſe, vt ab ipſo vim accipiat, ac pretium, quod exemplar fuit, ac forma cæterorũ, atque ita in eo recẽſitas omnes holocauſti conditiones recognoſces. Fuit enim in eo victima virilis, & fortis, [a] quia propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta: fuit annicula, quia [b] in laboribus à iuuentute ſua: fuit ſine macula, quia [c] peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: fuit nulla ex parte mutila, quia [d] copioſa apud eum redemptio: fuit tota ab igne conſumpta, quia [e] à planta pedis vſque ad verticem non eſt in ea ſanitas: demum ob vnicam Dei gloriam oblata, quia eam [f] zelus domus Patris comederat. Proh quantum ex vna parte confuſionis elicies, ſi ad hoc perfectum [g] exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, reſpexeris? Quantum ex alia ſpei? vt ſi holocauſtum tuum cum illo iungas, æterni Patris oculis gratiſſimum ſit futurum. Immola igitur te cum Chriſto in eadem crucis ara, [h] vt mortuus ſis cum Chriſto, & vita tua abſcondita ſit cum Chriſto in Deo.

a Ad Hebr. 12.2. b Pſal 87. 26. c 1. Pet. 2.22. d Pſal. 129.7. e Iſai. 1.6. f Pſal. 68. 10. Io. 2.17 g Exo. 25.40. h Ad Col. 3. 3.

Colloquium fiet ad Spiritum ſanctum, ab eoque enixè precaberis, vt cor tuum ita diuinæ charitatis igne ſuccendat, ita ſuarum gratiarum rore perfundat, ita ſaginet cœleſtium lacte voluptatum, vt [i] illi holocauſta medullata offerre poſſis.

i Pſal. 65.15

MEDITATIO SECVNDA.
Pro tertia die.

Ad excitandum Diuinum Amorem ex libro Exercitiorum. S. P. Ignatij.

ADdimus ſuperioribus hiſce meditationibus contemplationem diuini amoris ex libello Exercitiorum. S. P. Ignatij, vt cœleſtem ignem de cœlo voces ad victimam cordis tui, quam illi perfecto obtuleras holocauſto conſumendam: quemadmodum [a] Eliæ precibus cecidit quondam ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, & pulueram, & aquam, quæ circa erant, atque ita vniuerſo hebræorum populo notum fecit oblationem ſuam Domino placuiſſe.

a 3. Reg. 18.

Animaduertendum eſt primo pro explicatione huius contemplationis, hebdomadarum ſuperiorum, & omnium, quę hactenus pręceſſerunt, finem eſſe, ac ſcopum, coniunctionem, vnionemque cum Deo per charitatem perfectam.

Secundo. coniunctionem cum Deo, quam S. P. Ignatius in hominibus ſocietatis requirit, actuoſam eſſe, extendique ad opera quotidiana virtutum, cum iam quis ſatis in animi expurgatione, & illuminatione profecerit. Verum quia non eſt coniunctio ſine ſocietate, & conſuetudine, atque conſortio; noſtra hæc vnio erit in coniunctione amoris animæ operãtis cum Deo præſente, & ſimul agente. Etenim in actione noſtra verè Deus & præſens, & agens eſt: & rurſus quia

amor

amor magis in operibus, quam in verbis, & conceptibus conſiſtit, atque in mutua communicatione facultatum, rerum, & operum, tantum abeſt vt actio vnionem cum Deo perfectiſſimam impediat, vt etiam magnopere adiuuet, quippe cum vnionem, ac ſocietatem faciat in opere, & actione.

Tertio. Vim huius coniunctionis non in cogitatione, vel ſpeculatione poſitam eſſe, ſed in voluntate, & charitatis ardore, per quam homo in ſuis omnibus actionibus ſe ipſum obliuiſcens, ac deſerens, in Deum præſentem fertur, in eumque conuertitur quodammodo per ſummam ſuæ voluntatis cum diuina conuenientiam, & conſenſionem, & fruitionem diuinæ præſentiæ vel actu, vt dicitur, vel habitu, vel virtute.

Quarto. Primum gradum vnionis, qui continetur in primo capite propoſito à S.P. Ignatio conſiſtere in eo, vt conſiderantes varia, & innumerabilia dona, quæ nobiſcum Deus ſummo cũ amore communicauit, tum ſecundum naturam, tum ſupra naturam, vel communia, vel propria; nos illi viciſſim noſtra omnia & quæcunque à nobis aliquo modo pendent, offeramus, ac dedicemus, vt oſtendunt verba colloquij, quæ erunt legenda; atque ita in hac mutua donorum oblatione, atque communicatione coniungamur.

Quinto. Secundum gradum vnionis cum Deo, qui continetur in ſecundo cap. S.P. Ignatij, ſitum in eo eſſe, vt nos agnoſcentes in rebus omnibus diuinam præſentiam, ac Deum ſemetipſum omnibus ſuis donis quodammodo addentem, & eo

cumulo aucta nobis donantem tanto arctius illi coniungamur, quanto eſt maior amor, quo ſe ipſum nobiſcum, quam quo reliqua communicat.

Sexto. Tertium gradum, qui in tertio cap. proponitur, in eo eſſe, vt cum intueamur Deum non ſolum ſuam præſentiam, ac ſeipſum nobis accommodantem; ſed etiam noſtra cauſa perpetuo quodammodo occupatum, & laborantem, nobiſque in omnibus noſtris actionibus, & motibus, aſſidue opem ferentem; intentiſſimum ad noſtras neceſſitates, velut nutritium, ac famulum. Nos ex altera parte tanto maiore cum ardore, quanto par eſt, opera, laboreſque noſtros, quales quales, conſtantiſſimè ad mortem vſque cum ipſo communicemus.

Septimo. Quartum gradum in quarto cap. propoſitum conſiſtere in eo, vt in rebus creatis omnibus, & earum actionibus Deum velut in ſpeculo, & adumbrata imagine contemplantes, cum illæ ſunt veluti quidam riui, ac radij ex diuinitatis fonte manantes, nos per eos riuos, ac radios tanquam per gradus quoſdam aſcendamus ad ipſum fontem, & caput; eique intime adhærentes, eius conſpectu, quantum patitur huius vitæ conditio, facie ad faciem perfruamur.

METHO-

METHODVS.

Examinandi Regulas ad certas virtutes redactas pro triplici profectus aſcetici via, purgatiua, illuminatiua, vnitiua iuxta Primum orandi modum ex lib. exerc. S. P. Ignatij.

PRimum Præludiū. cogita, quem ſis aditurus, nempe Deum; quid acturus, nimirum animæ tuæ ſtatum diligenti inquiſitione ſcrutari, & ad æquiorem perfectionis normam reuocare.

Secundum Præludium. Poſtulabis gratiam tum ad dignoſcendum quid in abſoluta regularum obſeruatione peccaueris, tum ad earum perfectam intelligentiam conſequendam, vt in poſterum cautius illas, & exactius ſeruare poſsis; & flexis genibus pronunciabis orationem. Veni creator Spiritus, &c.

Primò igitur expendentur eæ regulæ, quæ ad aliquam virtutem reducuntur ex iis, quæ certo ordine ponuntur infra; expendetur autem eodem prorſus modo, quo Decalogi præcepta in primo orandi modo in lib. Exerc. nimirū vt primò diſpicias, quo pacto eas ſeruaueris, quaſque violaueris. Secundò de ſuccurrentibus in memoriā delictis veniam precaberis, ſedulū te pollicitus emendatorem. Tertiò, gratiam à Deo petes, vt in poſterum ſerues exactius. Aduertendum tamen primo, nè multum temporis inſumatur in ſingulis: vbi enim frequens offenſio fuerit, ibi longius immorandum. Secundò, ſi omnes vnius diei virtutes

deſignata die percurrere non poſſis, proxima die exordieris ab vltima, quam omiſiſti. Tertio, ex vniuerſis delictis ſeliges duodena, quorum quatuor ad purgatiuam viam, ſex ad illuminatiuam, duo ad vnitiuam ſpectabunt, ſingulis in proximos ſex menſes 15. dierum ſpatio peculiari examine diſquirendis.

Prima die. Via Purgatiua.

1 IN Vniuerſum de perfecta regularum obſeruatione. Sum. conſt. 1. 15. 51. 52, Reg. com. 49. Ex Gerſ. lib. 1. cap. 17. 18. & 19. Ex S. P. vita.

2 De fine Societatis ſum. conſt. 2. 3. 4. 17. 20. Reg. com. 4. Ex Gerſ. lib. 3. cap. 10.

3 De Pœnitentia interiore, quæ continet primo examen conſcientiæ. Secundo, ſacram confeſſionem. Sum. conſt. 6. Reg. com. 1. 3. ex Gerſ. lib. 1. cap. 21. lib. 3. cap. 60. Ex vita S. P. Ign. lib. 1. cap. 2. 3. 4. 5. & 6.

4 De tentationibus, & pugna ſpirituali ſum. conſt. 14. 22. ex Gerſ. lib. 1. cap. 13. lib. 3. cap. 27. ex vita S. P. Ignatij lib. 3. cap. 2. & 5.

5 De mortificatione. Sum. conſt. 4. 8. 12. 29. 46. 48. Reg. com. 6. 17. ex Gerſ. lib. 1. cap. 4. 6. 8. & 20. 23. 24. lib. 2. cap. 3. 5. 6. lib. 3. cap. 12. 16. 19. 25. 28 29. 31. 32. 37. 42. 43. 44. 49. 50. 58. 59. 61. 63.

Secunda die. Via Illuminatiua.

6 STudium ſolidarum virtutum. Sum. conſt. 16. 22. Ex Gerſ. lib. 1. cap. 1.

7 Progreſſus in virtutibus. Sum. conſt. 22. Ex Gerſ. lib. 1. cap. 25.

8 De moderatione ſuperiorum, & de ſui ipſius indicatione. ſum. conſt. 32. 40. 41. 48. Reg. com. 4. Inſtructio ad reddendam conſcientiæ rationem.

9 De obedientia ſum. conſt. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. Reg. com. 14. 15. 22. 23. 24. 33. 40. 43. 44. 45. 46. 47. 48.
Ex Gerſ. lib. 1. c. 9. lib. 3. cap. 14.
Ex vita S. P. Ign. lib. 3. cap. 7.

10 De religioſæ paupertatis ſtudio. Sum. conſt. 23. 24. 25. 26. Reg. com. 7. 8. 9. 11. 25.
Ex vita S. P. Ign. lib. 3. cap. 8.

11 De caſtitate. Sum. conſt. 28.
Ex S. P. Ign. vita lib. 3. cap. 8.

12 De temperantia. Sum. conſt. 30. Reg. com. 5. 16. 35.

13 De humilitate interna, & externa. Sum. cõſtit. 9. 31. 33. 29. Reg. com. 22. Gerſ. lib. 1. c. 2. & 7. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 8. 9. 15. 22. 45. 46. & 60. Ex vita S. P. Ign. lib. 3. cap. 6.

14 De modeſtia. Sum. conſt. 29. Reg. com. 12. 13. 18. 19. 24. 45. Reg. Modeſtiæ.

15 De moderatione linguæ, Sum. conſt. 18. 29. Reg. com. 21. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 38. Ex Gerſ. lib. 1. cap. 10. 12.

16 De fortitudine, & patientia. Sum. conſt. 29. 50. Ex Gerſ. lib. 1. cap. 12. 22. lib. 3. cap. 13. 19. 20. 21. 33. 34. 41. 51. 52. 56. 57. & 62. Ex S. P. Ign. vita lib. 3. cap. 9.

17 De charitate erga proximos. Sum. conſt. 10. 27. 29. 42. 43. Reg. com. 6. 10. 20. 30. 31. 32. 33. 39. 41. 42.

41.42. Ex Gerſ.lib.1.cap.16.lib.2.cap.3. Ex vita S.P.Ign.lib.3. cap.4.11. & 13.

Tertia die, Via Vnitiua.

18 DE Charitate ergà Deum. Summ.conſt.17. 19. 29. 44. Ex Gerſ.lib.1.cap.15. lib.2. cap.4. 7.8.9.10. 11.12. lib.3. cap.6.7.17.18.23. 24. 36.38.39.53.Ex vita S.P.Ign.lib.3.cap.1.& 3.

19 De Religione, quæ continet orationem, & deuotionem.Sum.conſt.19.21.29.30.45.47.Reg. com.1. Ex Gerſ.lib.2. cap.1. lib.3. c.1. 2.3.4.5. 35. Ex S.Ign.vita lib.3.cap.1.

Secũdò ſacrum, & ſuſceptionem ſanctiſſimi Sacramenti. Sum. cõſt.5.6. Reg. com.2. Ex Gerſ. lib.4.cap.1.2.4.5.12.13.14.17. & 18.

Tertio, Lectionem ſpiritualem, & auditionem verbi Dei. Reg.com.12.

Vltimo renouationem votorum. Reg. com.4. Ex Gerſ.lib.1.cap.3.& 5.

20 Ad hæc eadem ferè capita reuocari poterũt regulæ propriæ cuiuſque officij, ac ſtatus.

Ex Gerſ.lib.1.cap.2.lib.3.cap.48. Ex vita S.P. Ign. lib.3. cap.10.

MEDI-

MEDITATIO.

De formula votorum pro ipſo inſtaurationis votorum die.

IN hac formula continentur nuptiæ quædam, in quibus ſe Religioſus Deo deſpondet, ac iungit: & quamuis etiam aliorum animæ Chriſtianorum per fidem ſint veluti ſponſæ Chriſti, arctius tamen eſt vinculum Religioſorum; non aliter atque olim legimus plures fuiſſe vxores antiquis Patribus, ex quibus vna præcipuè erat. Quare hinc etiam poterũt deduci præludia, quorum alterum quandam quaſi Nuptiarum narrationem hiſtoricã contineat; in altero cogitemus Chriſtum aduenientem; & ab Angelo Cuſtode, vel Beatiſs. Virgine ad illum nos duci, vt præſentes cum præſente data fide nuptias cõtrahamus.

Tum poſt gratię petitionem conſideranda ſunt ipſa formulæ verba in hæc capita diſtincta.

Primum caput. Omnipotẽs, ſempiterne Deus. ex quibus & timor fallendi, & ſpes magni præmij exiſtit.

Secundum. Ego N. vndecunque indigniſſimus, & cæt. Hic vilitas noſtra cognoſcenda.

Tertium. Fretus tamen miſericordia, &c. Conſideranda infinita Dei miſericordia, qui nos velit ex miſerijs, & vilitate naturæ noſtræ ereptos ad tantam dignitatem extollere:

Quartũ. Et impulſus tibi ſeruiẽdi deſiderio. &c. Quod deſiderium ortũ eſt ex cõſideratione diui-

næ præ-

næ præſtantiæ bonitatis ex cognitione beneficiorũ, & ſtudio gratũ animũ ſignificandi; & hæc ipſa cupiditas diuinitus nobis iniecta, diuinũ eſt donũ.

Quintum. coram Sacratiſs. V. M. & curia tua cœleſti vniuerſa, &c. ſunt teſtes.

Sextum. Paupertatem, Caſtitatem, & Obedietiam, &c. Hæ ſunt conditiones pacti. Bonis nos omnibus externis, corporis, animi abdicamus, vt arctius vni ſponſo adhæreamus, & ipſi magis placeamus. Audi filia, &c.

Septimum. A tua ergo, &c. Hic intelligenda eſt neceſſitas diuinæ gratiæ ex conſideratione infirmitatis noſtræ, & occaſionum malarum.

Octauum. Per IeſuChriſti ſanguinem. Quia nobis hæc gratia ex noſtro merito non debetur.

Nonum. Vt hoc holocauſtum. Amor hic omnem vitam humanam, & carnalem abſumit, ex eoque perfectum fit holocauſtum.

Decimum. Veniendum eſt ad actus coniũctionis, conſenſionis, cõſecrationis æternæ, vbi Chriſtus Dominus ex altera parte excipit animam, ſeque illi cõmunicat obtectus. Nos autem adhuc ſinit eſſe in exilio, vt tandem aliquando melius præparatos inducat in patriam.

Subijcietur colloquium ex vehementi affectu, & verba formulæ omnia pronunciabuntur.

[library stamp]

Errata ſic corrigito.

Pag. 3	Lin. vlt.	Qui vnus	qui vnus
32	26	Sadduceorum	Sadducæorum
33	25	donſideratio	conſideratio
46	18	proprius	propius
53	3	comentationem	commentationem
64	24	attenta guædam	attenta quadam
65	28	qui quanti in ipſis	quantum in ipſis
67	2	præcatione	precatione
77	29	Aeliæ	Eliæ
89	10	accpit	accepit
90	1	conſumatisq;	conſummatisq; *& alibi*
107	1	præces	preces
112	28	perihunt	peribunt
113	13	ſicu dixerat	ſicut dixerat
124	11	clamidem	chlamydem
127	11	nequaquam	nequam
132	vlt.	Thyberiadis	Tiberiadis
143	24	plenam	plenum
144	23	Sic enim	Sic eum
150	13	locuſte	locuſtæ
150	7 ex minor.	Omnes	Omnis
150	penul.	habeamus	habemus
153	27	Lumech	Lamech
157	14	queritis	quæritis
158	2	Ieſus	Ieſum
258	20	Mater eius	Mater Ieſu
160	22	matris iterato	matris ſuæ iterato
169	18	cępimus	cepimus, *& paulopoſt* cęperant, ceperant
180	17	Et egreſſus rurſus	Et egreſſus eſt rurſus
180	19 ex min.	Alphei	Alphæi
182	27	rumpet vinũ nonum vetus	rumpet vinum nouum vtres
186	12	diflamauerunt	diffamauerunt
192	28	Idumea	Idumæa
195	10	Eijcerint	eiecerint
195	18	quia habetis	qui habetis
197	7	dextera munus	dextera manus

volenti

Pag.	lin.		Lege.
198	3	volenti mutuare	volenti mutuari
199	6	ſeruandum	ſeruandus
199	12	turba canere	tuba canere
201	6	mammone	mammonæ
202	10	ſupereſfluentem	ſupereffluentem
204	28	vero ſtulto	viro ſtulto
204	25	& cecidit	& non cecidit
207	8	me ipſum nō ſum dignus	me ipſum non ſum dignum
207	10	fed	ſed
112	19	Quidem autem	Quidam autem
212	28	diuerſum	diuiſum
218	3	exeſtuauit	exæſtuauit
227	3	operarius in cibo	operarius cibo
227	6	voſtri concilijs	vos in concilijs
238	4	opem Dei	opera Dei
244	9	miſſus ad oues	miſſus niſi ad oues
245	7	decapoleos	Decapoleos
245	12	Ephpheta	Epheta
252	4	me confeſſus	me confuſus
258	2	didragma	didrachma *& alibi*
258	10	olle	tolle
260	9	*ex min.* abſcinde	abſcide
267	5	fluuent	fluent
274	17	natus eſt	natus es
277	31	quis vos	qui vos
287	3	ſiquidem	ſi quidem
230	29	præcedunt	præcedent
332	27	colones	colonos
337	16	æqualis	æquales
345	26	terremotus	terræmotus
362	1	facundiora	fœcundiora
362	4	exagerando	exaggerando, *& alibi.*
363	1	Quando	Quarto
367	6	preſtemus	præſtemus
372	3	inuictiſſimo Deo	inuitiſſimo Deo
373	5	prætioſiſſima	pretioſiſſima, *& ſæpe alibi*
374	29	proferat	proferat
384	24	Ratio virtus	Ratio victus

Diuinæ

Pag.	lin.		Lege.
383	25	Diuinæ operis	Diuinæ opis
391	5	ſquallit	ſquallet
393	6	proprius cũ Deo	propius cum Deo
402	27	patifacienda	patefacienda
411	6	virtus noſtræ	virtus in noſtræ
411	7	diuuatur	adiuuatur
417	14	variæ	varie
430	11	ſingulì ordinis	ſinguli ordines
434	2	obſeruatio cum	obſeruatio eum
440	28	fit te ipſum	ſic te ipſum
444	22	emporea	emporia

Digitized by Google

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff

Omnes ſunt Quaterniones.

ROMAE,
Ex Typographia Franciſci Corbelletti. 1631.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8 - 1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google